E mi piace ricordare come la Sacra Penitenzieria, a parte la grazia di stato con la quale il Signore soccorre chiunque nella Chiesa svolga un compito istituzionale, goda, in questa occulta opera di risanamento e di edificazione delle coscienze, del crédito di più che sei secoli di una rañinata esperienza ed altresi di apporti dottrinali, che le sono provenuti e le provengono da esperti Teologi e Canonisti.

In stretta connessione con questo ufficio, è P altro affidato alia Sacra Penitenzieria, di « moderari » cioè la concessione e Puso delle Sacre Indulgenze in tutta la Chiesa. A questo proposito voglio ricordare che Pamore, soprannaturalmente inteso, per le Indulgenze, connesse come sono queste con la certezza dei peccato e dei Sacramento delia riconciliazione, con la fede nelPal di là, specialmente nel Purgatorio, con la reversibilità dei meriti del Corpo Místico, cioè con la Comunione dei Santi, è una comprensiva tessera di autentica cattolicità. Mi è caro dire al Cardinale Penitenziere Maggiore, ai Prelati e agli Officiali delia Sacra Penitenzieria, che ho fiducia nella loro opera e che sono ad essi grato per Pausilio che mi prestano nel mio apostolico ministero ; ed amo ripetere a loro riguardo Pincoraggiamento, che altre volte ho rivolto a tutta la Curia Romana : dietro e al di sopra delle carte, continuino a vedere le anime, il mistero di singóle anime, per la cui salvezza il Signore vuole la mediazione di altre anime e delia Chiesa tutta nella sua compagine gerarchica.

I Padri Penitenzieri delle Basiliche Patriarcali — corne è noto, i Francescani Conventuali in S. Pietro, i Frati Minori in San Giovanni in Laterano, i Domenicani in Santa Maria Maggiore, i Benedettini in San Paolo, quali Penitenzieri Ordinari, ed inoltre, quali Penitenzieri straordinari membri di altre benemerite Famiglie Religiose, in San Pietro, e quelli delle rispettive Famiglie degli Ordinari nelle altre tre Basiliche — portano il ((pondus diei et aestus »[3] di ascoltare per lunghe

[3] **Cf. *Mt* 20, 12.**

ore, ogni giorno, e specialmente nei giorni festivi, le confessioni sacramentali.

La Santa Sede, con la stessa costituzione dei Oollegi dei Penitenzieri e con le particolari norme mediante le quali, a costo di esentarli da pratiche consuetudinarie o «ex lege» delle rispettive Famiglie Religiose, Ii consacra a dedicare la totalità del loro ministero alle confessioni, intende dimostrare nei fatti la singolarissima venerazione con la quale riguarda Puso del Sacramento delia Penitenza e, in specie, la forma, che deve essere normale di esso, quella cioè delia confessione auricolare. E ricordo ancora la gioia e Pemozione che ho provate, nello scorso Venerdi Santo, nel discendere nella Basilica di San Pietro per condividere con voi Palto e umile e preziosissimo ministero che esercitate nella Chiesa.

Desidero dire ai Padri Penitenzieri ed altresl a tutti i Sacerdoti dei mondo : dedicatevi, a costo di qualsiasi sacrificio, alia amministrazione dei Sacramento delia Riconciliazione, e abbiate la certezza che esso, più e meglio di qualsiasi accorgimento umano, di qualsiasi técnica psicológica, di qualsiasi espediente didattico e sociológico, costruisce le coscienze cristiane; nel Sacramento delia Penitenza infatti è alP opera Dio « dives in misericordia ».[4] E tenete presente che vige ancora, e vigerà per sempre nella Chiesa Pinsegnamento dei Concilio Tridentino circa la nécessita delia confessione integra dei peccati mortali ;[5] vige e vigerà sempre nella Chiesa la norma inculcata da S. Paolo e dallo stesso Concilio di Trento, per cui alia degna recezione delP Eucaristía si deve premetterè la confessione dei peccati, quando uno è conscio di peccato mortale.[6]

Nel rinnovare questo insegnamento e queste raccomandazioni, non si vuole ignorare certo che la Chiesa di recente,[7] per gravi ragioni pastorali e sotto precise e indispensabili norme, per facilitare il bene supremo delia grazia a tante anime, ha esteso Puso delPassoluzione collettiva. Ma voglio richiamare la scrupolosa osservanza delle condizioni cítate, ribadire che, in caso di peccato mortale, anche dopo la assoluzione collettiva, sussiste Pobbligo di una specifica accusa sacramentale del peccato, e confermare che, in qualsiasi caso, i fedeli hanno diritto alia propria confessione privata.

A questo proposito desidero mettere in luce che non a torto la so-

[4] Cf. *Eph* 2, 4.

[5] Sess. XIV, Cap. 5 e can. 7: Denz.-Schönm. 1679-1683; 1707.

[6] Sess. XIII, Cap. 7 e can. 11: Denz.-Schönm. 1617-1661.

[7] Cfr. *AAS* 64 (1972), pp. 510-514.

cietà moderna è gelosa dei diritti imperscrittibili delia persona : come mai — allora — proprio in quella più misteriosa e sacra sfera delia personalitas nella quale si vive il rapporto con Dio, si vorrebbe negare alla persona umana, alia singóla persona di ogni fedele, il diritto di un colloquio personale, unico, con Dio, mediante il ministro consacrato? Perché si vorrebbe privare il singólo fedele, che vale « qua talis » di fronte a Dio, delia gioia intima e personalissima di questo singolare frutto delia Grazia?

Vorrei poi aggiungere che il Sacramento delia Penitenza, per quanto comporta di salutare esercizio delPumiltà e delia sincerità, per la fede che professa ((in actu exercito » nella mediazione delia Chiesa, per la speranza che include, per Pattenta analisi delia coscienza che esige, è non solo strumento diretto a distruggere il peccato — momento negativo —, ma prezioso esercizio delia virtù, espiazione esso stesso, scuola insostituibile di spiritualité, lavorio altamente positivo di rigenerazione nelle anime dei «vir perfectus», «in mensuram aetatis plenitudinis Christi».[8] In tal senso, la confessione bene istituita è già di per se stessa una forma altissima di direzione spirituale.

Appunto per tali ragioni P ámbito di utilizzazione dei Sacramento delia Riconciliazione non puô ridursi alia sola ipotesi dei peccato grave : a parte le considerazioni di ordine dogmático che si potrebbero fare a questo riguardo, ricordiamo che la confessione periódicamente rinnovata, cosiddetta « di devozione », ha accompagnato sempre nella Chiesa Pascesa alla santità.

Mi piace concludere ricordando a me stesso, a voi, Padri Penitenzieri, e a tutti i Sacerdoti, che Papostolato delia confessione ha già in se stesso il suo premio : la consapevolezza di aver restituito ad una anima la grazia divina non puô non riempire un sacerdote di una gioia ineffabile. E non puô non animarlo alla più umile speranza che il Signore, al termine delia sua giornata terrena, gli aprirà le vie delia vita : «Qui ad iustitiam erudierint multos, quasi stellae in perpetuas aeternitates».[9]

Mentre invoco sulle vostre persone e sui vostro delicato e meritorio ministero Pabbondanza delle grazie divine, vi imparto di cuore la propiziatrice Benedizione Apostolica, segno delia mia costante benevolenza.

[8] **Cfr. *Eph* 4, 13.**
[9] ***Dan* 12, 13.**

NUNTIUS GRATULATORIUS

VENERABILI FRATRI NOSTRO NARCISSO S. R. E. PRESBYTERO CARDINALI JUBANY ARNAU ARCHIEPISCOPO BARCINONENSI.

Per Litteras huic apostolicae Sedi datas accepimus die altero et vicesimo huius mensis Ianuarii xxv expletum annum Episcopatus tui a te celebratum iri; quam diem optasse te quidem quasi in umbra transigere, sed aliter visum tum Episcopis qui tecum labores regendae archidioecesis participant, tum clero populoque Barcinonensi, cui pater benevolus pastorque sollicitus praees. Id autem summe gratum Nobis, qui quicquid in Venerabilium Fratrum Nostrorum honorem impendatur, in Ecclesiae etiam honorem recidere putamus. Ceterum, per hanc rerum occasionem tum mutua cognitio gliscet pastorem inter et gregem, tum etiam amor in vicem et consuetudo confirmabitur ; e qua re nonnisi bona manare nemo non videt.

Oriatur ergo, Venerabilis Frater Noster, hic dies nitidus ac donis omnibus cumulatus, quibus gaudeas in Domino : est enim sollemnis, sanctus et veneratione colendus suscepti Episcopatus dies. In quo nimirum, quasi maturato sacerdotio, non solum tributum tibi ut cum successoribus Apostolorum computareris, sed etiam eae tibi factae sunt potestates, quae omnem humanam facultatem transcendunt. Non ergo mirum, si venerandi Patres Ecclesiae sacerdotium et Episcopatum quasi perpetuo carmine celebrant.

Tu vero, Venerabilis Frater Noster, accepta talenta non fossa terra abscondisti, sed impiger auxisti : virtute primum, mox industria, sive enim sacerdos, sive Episcopus, sincera semper pietate floruisti erga Deum eiusque sanctissimam Matrem ; nituisti prudentia, « quae cernitur in delectu bonorum et maiorum » *(Cic. Fin.* 5, 23, 67) ; studio acérrimo praestitisti gloriae Dei procurandae, hominumque salutis obtinendae ; caritate in omnes antecessisti, maxime erga sacerdotes, egenos, aegrotos; docuisti praeterea iuvenes in Seminario Barcinonensi, doctrina quidem, magis moribus ; labores sacrosancti Concilii Vaticani II participasti, idque diligenter atque magno cum fructu ; post vero Concilium illud, summa ope curasti ut eius placita ad exitum deducerentur. Sacerdotum tuorum navitatem amore, constantia direxisti, in Ecclesiae tuae prosperis gaudens, fidens in adversis, eorum atque laicorum eruditionem promovisti, spem melioris aevi fovens in pectore. Quae omnia profecto in tuam

laudem cedunt, Venerabilis Frater Noster: de iisque omnibus cum gratulamur, tum gratias agimus quam maximas.

Ceterum, te valere iubemus; in quem prospera omnia, laeta, sancta imploramus. Accedat Benedictio Nostra apostolica, quam tibi, Episcopis Auxiliaribus tuis, clero populoque nobilissimae Ecclesiae tuae, ac quotquot te amant, impertimus amanter.

Ex Aedibus Vaticanis, die vi mensis Ianuarii, anno **MCMLXXXI**, Pontificatus Nostri tertio.

IOANNES PAULUS PP. II

ACTA SS. CONGREGATIONUM
SS.

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Sacra Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit. Videlicet :

die 30 Octobris 1980. — Titulari episcopali Ecclesiae Silensi R. D. Leontium Lat y Leviste, Apostolicum Visitatorem seminariorum maiorum in Insulis Philippinis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Cyrilli Almario, Episcopi Malolosini.

die 22 Decembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Tanudaiensi R. D. Vilfridum Manlapaz, e clero archidioecesis Cacerensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Vincentii Ataviado y Tumalad, Episcopi Maasinensis.

die 8 Ianuarii 1981. — Cathedralibus Ecclesiis Valvensi et Sulmonensi Exc. P. D. Salvatorem Delogu, hactenus Episcopum Oleastrensem.

die 13 Ianuarii. — Titulari Episcopali Ecclesiae Astigitanae R. D. Pium Vigo, e clero dioeceseos Iaciensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Dominici Picchinenna, Archiepiscopi Catanensis.

die 20 Ianuarii. — Cathedrali Ecclesiae Ferdinandopolitanae ab Unione, Exc.mum P. D. Salvatorem Lazo, hactenus Episcopum titularem Seliensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Saelesiensi R. D. Gabrielem Reyes y Villaruz, curionem paroeciae S.ti Philippi Nerii in urbe Manila, quem deputavit Auxiliarem Em.mi P. D. Iacobi S. R. E. Cardinalis Sin, Archiepiscopi Manilensis.

die 27 Ianuarii. — Metropolitanae Ecclesiae Lyciensi Exc.mum P. D. Michaelem Mincuzzi, hactenus Episcopum Uxentinum-S. Mariae Leucadensis.

— Cathedrali Ecclesiae Hydruntinae Exc.mum P. D. Vincentium Franco, hactenus Episcopum Tursiensem-Lacunerulonensem.

die S Februarii. — Metropolitanae Ecclesiae Adamantinae Exc.mum P. D. Geraldum Majela Reis, hactenus Episcopum Trilacunensem.

die 11 Februarii. — Titulari Episcopali Ecclesiae Oediensi R. D. Carolum Valtharium Galán Barry, e clero archidioecesis Bonaèrensis, Conferentiae Episcopalis Argentinae a secretis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Iusti Ansgarii Laguna, Episcopi Moronensis.

die 12 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Caguanae Exc.mum P. D. Henricum Hernández Rivera, hactenus Episcopum titularem Vamallensem et Auxiliarem archidioecesis S. Ioannis Portoricensis.

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

i

TUSCULANA

Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Mariae Teresiae Casini, Fundatricis Sororum Oblatarum a Sacro Corde Iesu (1864-1937).

SUPER DUBIO

An eius Causa introducenda sit.

«Inde ab exordiis quidem Ecclesiae fuerunt viri ac mulieres, qui per praxim consiliorum evangelicorum Christum maiore cum libertate sequi pressiusque imitari intenderunt et suo quisque modo vitam Deo dicatam duxerunt, e quibus multi, Spiritu Sancto afflante, vel vitam solitariam degerunt vel familias religiosas suscitaverunt, quas Ecclesia sua auctoritate libenter suscepit et adprobavit» (Conc. Vat. II, Decretum *Perfectae Caritatis,* 1).

Divino instinctu ducta, Serva Dei Maria Teresia Casini Institutum Sororum Oblatarum a Sacro Corde Iesu fundavit, Deum prae omnibus

et unice quaerens in assidua prece atque alacri paenitentia, pro sacerdotalium vocationum incremento.

Dei Famula primam vidit lucem Tusculi, die 27 Octobris anno 1864, e piis parentibus Thoma Casini, architecto, et Melania Rayner, primogénita ex quinque filiis. Die tertio sequenti lustralibus aquis est abluta ac Teresia Maria Adelaides Lutgarda vocata.

Demortuo piissimo patre, puella vix novem annos nata, matre adnuente, se Romam apud Collegium S. Rufinae, cui Dominae a S. Corde moderabantur, contulit; ibique ad Eucharisticam mensam prima vice accessit. Valetudinis causa Tusculum rediit ubi privatim liberalibus erudita est disciplinis.

Oboedientissime consilia audiens P. Arsenii Pellegrini, Abbatis Monasterii de Crypta Ferrata, die 1 Februarii a. 1885 Romanum Monasterium Monialium, quae vulgo *Sepolte Vive* appellabantur, ingressa est. E Religione autem egressa ob infirmam valetudinem, ad suos reversa est.

In oppido Crypta Ferrata Serva Dei aliquas sibi sociavit iuvenes, Dei amore et SS. Cordis Iesu incensas, quae sponte ad eam venerant.

Die 11 Februarii anno 1894 cum paucis sociis Institutum iniit ((Victimarum a S. Corde Iesu », cui postea « Sorores Oblatae a S. Corde Iesu » nomen inditum est, ad reparandas iniurias eidem SS. Cordi illatas incumbens.

Iesu petenti : « Da mihi sacerdotes sanctos », anno 1925 operam *Piccoli Amici di Gesu* Famula Dei inchoavit. Optabat enim parentes adiuvare ad fovendam vocationem sacerdotalem, si in eorum domibus adesset puerulus, vel operam supplere illorum qui tantum neglegant opus, usque ad aetatem qua mos est in Seminaria episcopalia vel religiosa recipi.

Teresiae in animo fuit praeterea presbyteris subvenire pauperibus, senectute, morbo, virium defectione laborantibus ; Deo adiuvante, ingentes superavit difficultates, oratione confisa.

Anno 1930, laboribus fracta, Cryptam Ferratam se contulit et voluntaria victima amoris cum Christo, pro sacerdotibus, oblationem consummavit die 3 Aprilis anno 1937.

Sanctitatis fama qua vivens apud Filias et ecclesiasticos multosque viros ornabatur, post mortem valde succrevit. Quapropter Processus ordinaria potestate apud Curiam Tusculanam anno 1952 instrui coepti sunt, super sanctitatis vitae fama, virtutum ac miraculorum in genere,

necnon super scriptis et super cultu publico non exhibito, atque anno 1962 absoluti, Romam sunt delati. Accessere deinde plures litterae Patrum Cardinalium, Archiepiscoporum et Episcoporum, moderatorum Ordinum religiosorum, parochorum, civilium auctoritatum et christifidelium, quibus Summus Pontifex enixe est rogatus ut Causam Servae Dei apud Apostolicam Sedem introduceret.

Scriptis autem Dei Famulae perpensis, Sacra tunc Rituum Congregatio per Rescriptum diei 21 Decembris anno 1968, ad ulteriora procedi posse decrevit.

Servatis itaque omnibus de iure servandis, instante Rev.mo D.no Mario Piazzano, Congregationis Oblatorum S. Ioseph Astensium, huius Causae legitime constituto Postulatore, die 17 Iunii anno 1980 Congressus Peculiaris S. Congregationis pro Causis Sanctorum habitus est; ac deinde, die 9 mensis Decembris eodem anno, Congregatio Peculiaris Cardinalium est celebrata, in qua Em.mus ac Rev.mus D.nus Ernestus Civardi, Causae Ponens seu Relator, dubium posuit disceptandum: *An introducenda sit Causa Servae Dei Mariae Teresiae Casini, fundatricis Sororum Oblatarum a Sacro Corde Iesu,* deque ea rettulit. Et iidem Patres Cardinales, omnibus mature perpensis, afiirmando responderunt, si id Summo Pontifici placuisset.

Facta demum de hisce omnibus, die 26 Ianuarii anno 1981, Summo Pontifici Ioanni Pauli II per subscriptum Secretarium relatione, Sanctitas Sua responsum Sacrae Congregationis ratum habuit et confirmavit, *Causam scilicet Servae Dei Mariae Teresiae Casini, fundatricis Sororum Oblatarum a Sacro Corde Iesu, esse introducendam.*

Datum Romae, die 26 Ianuarii A. D. 1981.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

Ii. © S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

II

SHEEBROOKEN.

Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Mariae Leoniae Paradis (in saeculo: Alodia Virginia), Fundatricis Instituti Parvarum Sororum a S. Familia.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine, earumque adnexis in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

((Vias tuas, Domine, demonstra mihi, et semitas tuas edoce me » (Ps. 24, 4).

Haec Sacrarum Scripturarum férvida precatio animum plane revelat atque vitam Servae Dei Mariae Leoniae Paradis, quippe quae sedulo Dei consilium perscrutata ac secuta est ut sanctitatis viam percurreret et Ecclesiam nova familia religiosa decoraret, quae testimonium est admirandae Domini Nostri Iesu Christi nuntii foecunditatis.

Dei Famula primam aspexit lucem die 12 Maii anno 1840 in pago Sanctae Margaritae *de Bairfindie,* in ditione Canadensi, intra fines dioeceseos Sancti Ioannis Quebecensis. Eius parentes, qui familiam ferventem, honestam, probam omniumque aestimatione praestantem eduxerant, pro sua religione et pietate, eodem die nativitatis eam salutifero fonte ablutam Aliamque Dei, Alodiae Virginiae nominibus impositis, voluerunt.

Alodia Virginia inter domesticos parietes, potissimum vero sub matris cura, primam educationem addiscens bonos animi mores in seipsa impressit ; postea vero collegium religiosarum Congregationis a Domina Nostra in pago *Laprairie* ingressa est, ubi litteris elaboravit et pietate enituit. Cum duodecimum annum ageret, Sacra Synaxi primum refecta est. Exinde Alodiae Virginiae perfectionis studium magis atque magis succrevit necnon voluntas se in sacerdotum ministerium consociandi. Anno 1854, Congregationem Marianitarum a Sancta Cruce ingressa, novitiatum iniit, Sororis Mariae a Sancta Leonia nomine sumpto, et die 22 Augusti a. 1857 prima coram Servo Dei Basilio Moreau, fundatore Congregationis, vota emisit.

Dei Famulae statim concreditae sunt mansiones haud levis momenti : fuit nempe institutrix ac domesticam curam gessit apud domus presbyterorum in pagis *Sainte-Scholastique des Deux-Montagnes, Varennes, Saint-Laurent* et *Saint-Martin de Laval* in Canadia, donec Neo-Eboracensem urbem petiit in Civitatibus Foederatis Americae Septentrionalis ad curam suscipiendam orphanorum simulque officium secretariae superiorissae asyli; ibi toto animi ardore adlaboravit per octo circiter annos. Circiter tamen annum 1870, Serva Dei acerbam animi perturbationem passa est ob immutationes atque divisiones in Congregatione Sororum Marianitarum. Anno enim 1867 Congregatio servitium in domibus presbyterorum reliquit ; anno vero 1869, ex ea, apostolica auctoritate, orta est Congregatio Sororum Sanctae Crucis, quae munus illud retinuit. Post varias vicissitudines et difficultates haud parvas forti animo et fiducia in Domino superatas, consilio suscepto et permissionibus obtentis, ad novam Congregationem transivit et illico superioribus se probavit.

Missa enim fuit antea ad urbem *Marquette,* in Civitatibus Foederatis, ut ibi domum fundaret et deinde, anno 1874, ad urbem *Memramcook,* dioeceseos Sancti Ioannis Canadensis, ubi domus ei concredita est ad puellas instituendas quae domesticam curam assumerent in domibus presbyterorum vel in ecclesiasticis collegiis. Harum puellarum numero percrebrescente earumque desiderium vitae religiosae superioribus exposito, anno 1880 communitas in urbe *Memramcook,* uti familia religiosa a Congregatione Sororum Sanctae Crucis disiuncta constituta est sub nomine *Petites Sœurs de la Sainte-Famille,* cum solo fine clero ministrandi. Serva Dei, quamquam in oboedientia et regula Sororum Sanctae Crucis manens, superiorissa novae familiae designata est et statim mira prudentia se ad suum Institutum firmandum tradidit atque ad Parvarum Sororum formationem curandam; eisque Directorium et iam anno 1883 Constitutiones dedit fini Instituti maxime aptatas.

Post viginti et unum annos in urbe *Memramcook,* domus princeps Instituti et novitiatus anno 1895 translati fuerunt in urbem *Sherbrooke,* cuius Ordinarius loci, die 26 Ianuarii anno insequenti canonicae erectionis decretum edidit. Die 2 Octobris a. 1904, Serva Dei, instante Ordinario, habitum religiosum Sororum Sanctae Crucis dimisit et vestem Congregationis a se fundatae assumpsit ; anno vero 1905, die 1 Maii, ex indulto Apostolico S. Pii X, ab omnibus obligationibus quibus evinciebatur Congregationi Sororum Sanctae Crucis relevata fuit et expeditior adhaesit Regulis sui Instituti.

In semitis Dei ambulans et ad supremum diem accedens, Famula Dei uberrimos sui impensi laboris fructus vidit, cum eius Congregatio magno aucta incremento iam 635 Sorores et 40 domus adnumeraret, vitam religiosam in novis ditionibus foveret et clerum in ministerio apostolico quoad corpus et spiritum adiuvaret. Cumulata meritis, virtutibus exornata, venerationem omnium nacta, sereno vultu et quasi ex inopinato animam Deo reddidit, die 3 Maii anno 1912 in urbe Sherbrookensi.

Serva Dei Maria Leonia Paradis plura volumina scriptorum reliquit ex quibus patet quantum in Deo innixa semper fuerit Eiusque in praesentia vixerit ; reliquit praesertim longe maiorem et praestantiorem hereditatem, virtutum nempe, maxime pietatis, humilitatis, oboedientiae, prudentiae et discretionis. Sanctitatis studium per sui status perfectionem adipiscendae Dei Famula semper prae oculis habuit suoque exemplo Sorores ad virtutem adduxit easque servitii spiritu fidelitatisque fini proprio Instituti imbuit. In ipsa non tantum Sorores sed omnes, primo etiam occursu, matrem agnoscebant quae sollicitudine, benignitate et deditione ad Deum alliciebat. Deum uti Patrem semper colens et humiliter de se sentiens, omnia aggressa est, mira etiam et ardua, unice Deo innixa et alacri laetitia. Suum Institutum, quod fortiter et praesertim suaviter rexit, sub protectione Sanctae Familiae posuit ob ardentissimum quem fovit erga Illam amorem atque desiderium Illius exempla imitandi. Difficile est dictu quanta devotione erga Iesum Eucharisticum et sacerdotium Serva Dei enituerit. Ut clero in usibus vitae subveniret animo forti plures sustinuit res adversas et ut sacerdotum apostolicus labor suum opus efficeret continuo preces effudit et sacrificia, Dei ministrorum existimationem extulit et vocationes ecclesiasticas promovit.

Nihil mirum quod sanctitatis opinio, qua etiam vivens circumdabatur, post Servae Dei obitum late diffusa sit; supernis quoque signis accedentibus, processus ordinaria potestate anno 1952 in Curia Sherbrookensi instructus est et per rogatorias etiam in Curiis Monctonensi et Marianopolitana, Romamque transmissus est. Edito super scriptis Servae Dei Decreto, die 8 Octobris a. 1956 et, attentis plurimis litteris Summo Pontifici exhibitis ut Causa apud Sanctam Sedem institueretur, instante Rev. P. Angelo Mitri, O. M. I., Causae legitimo ac sollertissimo Postulatore, disceptatio habita est in Coetu Ordinario Sacrae tunc Rituum Congregationis die 17 Maii a. 1966. Propitiis obtentis suffragiis,

Summus Pontifex Paulus VI Causam Servae Dei rite introducendam esse statuit Decreto Sacrae Congregationis, die 13 Iunii a. 1966 edito.

Recognita exinde, die 8 Iulii a. 1967, oboedientia Decretis Urbanianis super indebito culto, inquisitiones apostolicae super virtutibus in specie in Curia Sherbrookensi anno 1968 adornatae sunt. De omnium inquisitionum iuridica forma et validitate die 15 Maii a. 1970 exiit Decretum. Hisce peractis, quaestio super virtutibus Servae Dei disceptata est et quidem primum, die 3 Iunii a. 1980 in Congressu Peculiari Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum, et deinde, die 25 Novembris, eiusdem anni 1980, ponente seu relatore Rev.mo Cardinali Mario Aloisio Ciappi, in Coetu Plenario Sacrae ipsius Congregationis pro Causis Sanctorum. Et omnes proposito dubio num Serva Dei Maria Leonia Paradis theologicas et cardinales eisque adnexas virtutes heroum in modum exercuisset, adfirmantes responderunt.

De praemissis omnibus certior factus, per infrascriptum Cardinalem Praefectum die 5 Decembris a. 1980, Summus Pontifex Ioannes Paulus II, responsum eiusdem Sacrae Congregationis ratum habens, mandavit ut Decretum super heroicis virtutibus Servae Dei concinnaretur.

Quod cum rite factum esset, Sanctitas Sua, hodierno die ad se accitis Cardinalibus subscripto Praefecto atque Mario Aloisio Ciappi ponente seu relatore, meque Antistite a Secretis ceterisque de more convocandis, iisque adstantibus edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Mariae Leoniae Paradis, fundatricis Congregationis Parvarum Sororum a Sancta Familia, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta huius Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 31 Ianuarii A. D. 1981.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

L. & S.

ffi' Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza:

Lunedi, 2 Febbraio 1981, il Signor DAVID ROCKEFELLER e il Signor WILLARD G. BUTCHER.

Sabato, 7 Febbraio 1981, il Signor JACQUES DE LAROSIÈRE, Direttore Amministrativo del Fondo Monetario Internazionale.

Giovedi, 12 Febbraio 1981, S. E. il Signor MARCEL CROSS, Ministro delia Cooperazione Internazionale delia Guinea.

Da Lunedi, 16 Febbraio a Venerdi 27 Febbraio 1981, il Santo Padre si è recato in Apostolico pellegrinaggio in Estremo Oriente sostando a Karachi nel Pakistan; a Manila, Cebu, Davao, Bacolod, Uoilo, Legazpi, Morong, Baguio, nelle Filippine; a Guam, nelle Isole Marianne; a Tokio, Hiroshima e Nagasaki in Giappone; ad Anchorage in Alaska.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Breve Apostolico il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato :

2 febbraio 1981. S. E. Mons. Luciano Storero, Arcivescovo titolare di Tigimma, *Nunzio Apostolico in Venezuela.*

Con Biglietti delia Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato :

Protonotario Apostolico soprannumerario :

13 novembre 1980. Mons. Renato Corti (Milano).

Prelati d'Onore di Sua Santità.

12 luglio 1980. Mons. Albert Garbrock (Köln).
21 » » Mons. Paul Fetten (Köln).
15 settembre » Mons. Patrick McMorrow (Toowoomba).
» » » Mons. Patrick Doyle (Toowoomba).
» » » Mons. S. G. Skehan (Toowoomba).
30 » » Mons. Francis J. Murray (Saginaw in Michigan).
21 ottobre » Mons. Michael Othmar Wolf (Evansville).
» Mons. Charles Lawrence Kaiser (Evansville).
» Mons. James Francis Hill (Evansville).

21 ottobre 1980. Mons. Maurilius Edwin Bilskie (Evansville).
» » » Mons. Carl Ambrose Shetler (Evansville).
» » » Mons. Jerome Michael Neufelder (Evansville).
» » » Mons. Charles Joseph Koch (Evansville).
» » » Mons. Kenneth Baymond Knapp (Evansville).
5 novembre » Mons. Giuseppe Malpeli (Parma).
11 » » Mons. Gerhard Otto P. Lachmann (Paderborn).
» » » Mons. Ludwig Robert Hoffmann (Paderborn).
17 » » Mons. Daniele Rota (Bergamo).
5 gennaio 1981. Mons. Giuseppe D'AscoIa (Reggio Calabria).
3 febbraio » Mons. Pietro Principe (Acqui).

Cappellani di Sua Santità:

11 luglio 1980. Il sac. Matthias Baedorf (Köln).
» » » Il sac. Wilhelm Dickmann (Köln).
» » » Il sac. Heinz Frings (Köln).
» » » Il sac. Wilhelm Göbels (Köln).
» » » Il sac. Andreas Krautwald (Köln).
» » » Il sac. Theodor Lövenich (Köln).
» » » Il sac. Adolf Opheys (Köln).
» » » Il sac. Matthias Wober (Köln).
12 agosto » Il sac. Peter Fryns (Köln).
11 novembre » Il sac. Josef Heinrich Kniesburges (Paderborn).
» » » Il sac. Albert Wilhelm Schalken (Paderborn).
20 » » Il sac. Hugo Herrera Mancilla (La Serena).
» » » Il sac. Alberto Jofre Cortés (La Serena).
» » » Il sac. Luis Vicente Rodríguez Rojas (La Serena).
28 » » Il sac. Francesco Sparacio (Monreale).
» » » Il sac. Antonino Cassata (Monreale).
» » » Il sac. Vincenzo Badalamenti (Monreale).
» » » Il sac. Onofrio Giglio (Monreale).
17 dicembre » Il sac. Igino Francisci (Perugia).
» » » Il sac. Diño Contini (Perugia).
» » » Il sac. Francesco Spingola (Perugia).
» » » Il sac. Antero Alunni Gradini (Perugia).

NECROLOGIO

12 febbraio 1981. Mons. Herman To Paivu, Arcivescovo di Port Moresby *(Papua Nuova Guinea).*
13 » » Mons. Jean Julien Weber, Arcivescovo, Vescovo già di Strasbourg *(Francia).*
20 » » Mons. Stanislao Amilcare Battistelli, O.P., Vescovo già di Teramo *(Italia).*

Recens nuntiatum est Clementem P. Chabukasansha, Archiepiscopum olim Kasamaënsem, die 13 m. Augusti a. 1980, de vita decessisse.

An. et vol. LXXIII 3 Aprilis 1981 N. 3

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Librería Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

BENIAMINACEVALENSIS

Quibusdam locis a Vicariatu Apostolico Ciachensi in Paraquaria Natione aliisque a Pilcomayoensi distractis nova conditur dioecesis nomine Beniaminacevalensis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Christianam ad progressionem spectantes omnium fidelium sibi commissorum, Vicarii Apostolici tum Ciachensis in Paraquaria Natione tum Pilcomayoensis nuper non dubitaverunt quin, consulta Conferentia Episcopali Paraguaiana, expostularent ab Apostolica hac Sede, ut, quibusdam locis ab utroque Vicariatu distractis, nova iisdem conderetur dioecesis. Quapropter Nos, collatis consiliis cum Sacra Congregatione pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, cum constet idem ipsum probari etiam Venerabili Fratri Iosepho Mees, Archiepiscopo titulo Yprensi et in Paraquaria Natione Nuntio Apostolico, necnon commune optatum in votis esse eorum quorum interest vel interesse censetur, at potissimum cum sit Nobis cordi rationem istorum filiorum congruam habere legitimaeque eorum pastorum petitioni concedere, his ipsis Litteris de plenitudine potestatis Nostrae Apostolicae ea decer-

nimus et iubemus, quae sequuntur. A Vicariatibus Apostolicis Ciachensi in Paraquaria Natione et Pilcomayoensi separamus loca, quorum fines ita vulgari sermone describuuntur : « — Al Sur — El Rio Pilcomayo desde su cruce con el meridiano 60.5 hasta su desembocadura en el Rio Paraguay ; — al Este — El Rio Paraguay desde la desembocadura del Rio Verde (Puerto Colón) hasta la confluencia con el Pilcomayo, frente a Asunción ; — al Norte y Oeste — Una linea compuesta por una imaginaria que, partiendo de la intersección del meridiano 60.5 con el Rio Pilcomayo, va hasta la intersección del meridiano 60 con el Rio Montelindo ; sigue el cauce principal de este rio hasta encontrar el meridiano 58.5 ; de aqui una linea recta con dirección Norte, siguiendo este meridiano hasta encontrar el cruce principal del Rio Verde, cuyo cauce sigue después hasta el Rio Paraguay » ; hisque ita distractis locis simul sumptis seu regione, cuius fines modo memorati valida lege civili in praesentia vigent, novam constituimus dioecesim *Beniaminacevalensem* appellandam, eamdemque suffraganeam Ecclesiae Sanctissimae Assumptionis, cuius proinde Archiepiscopi metropolitico iuri ipsum pro tempore novae Ecclesiae Episcopum subicimus. Eius episcopalem sedem in urbe cui nomen vulgare ((Benjamín Aceval » collocari iubemus templumque ibi exstans Deo in honorem Sanctae Rosae Limanae dicatum Nos ad dignitatem evehimus, qua gaudent templa cathedralia, iisdem videlicet ornabitur honoribus et insignibus ac privilegiis; Beniaminacevalensi pro tempore Episcopo tum honores et insignia et privilegia et iura tribuimus, tum officia et onera imponimus, quibus et instruuntur et ligantur ceteri Episcopi eodem munere fungentes. In Beniaminacevalensi dioecesi instituendum decernimus Capitulum cathedrale iuxta normas alio decreto opportune edendas; quamdiu vero ibidem deerit talis Canonicorum senatus, pro eo interea dioecesanus Consultorum coetus idem tueatur officium. Mandamus ut novae dioecesis mensa episcopalis emolumentis Curiae et fidelium stipibus constet necnon iusta portione sibi obventura e divisione bonorum Vicariatuum Apostolicorum Ciachensis in Paraquaria Natione et Pilcomayoensis sedulo facienda iuxta can. 1500 C.I.C. In iis quae aut ad aedificandum dioecesanum Seminarium aut ad sacerdotalem tironum educationem et institutionem attinent, sacri serventur canones iuris communis et normae Decreti Concilii Vaticani II « Optatam totius » necnon regulae peculiares a Sacra Congregatione pro Institutione Catholica editae. Selecti autem sacrorum alumni disciplinis philosophicis et theologicis instruendi ad Pontificium Collegium Pium Latinum Americanum mittantur in Urbe situm. De regi-

mine dioecesis hodie conditae, de administratione, de eligendo Vicario Capitulari «sede vacante»; de fidelium iuribus et oneribus deque aliis id genus, omnia servari debent iuris canonici statuta. Lege praeterea sancimus ut ibi, constitutione novae dioecesis ad effectum deducta, presbyteri censeantur ei adscripti Ecclesiae, in qua ecclesiasticum officium vel beneficium habent; ceteri clerici necnon Seminarii alumni ei addicantur dioecesi, intra cuius fines legitimum habent domicilium. Denique mandamus ut actorum documenta, quae aut ad novam dioecesim eiusve clerum aut ad fideles aut etiam ad bona temporalia pertinent, a Curiis Ciachensi in Paraquaria Natione et Pilcomayoensi ad Curiam Beniaminacevalensem transmittantur, ut ibi in condendo tabulario custodiantur. Quae omnia per has Litteras decrevimus, ea exsequatur Venerabilis Frater Iosephus Mees, quem diximus, a Nobis deputatus debitisque facultatibus instructus, etiam facultate talis officii subdelegandi alicui viro in ecclesiastica dignitate constituto. Quibus peractis exaratisque actorum documentis, certa et vera singulorum exempla, eademque sueto more subscriptionibus sigilloque obsignata, Sacrae Congregationi pro Episcopis mittantur. Has Apostolicas Litteras sub plumbo expeditas et nunc et in posterum volumus ratas esse, contrariis non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die duodetricesimo mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo, Pontificatus Nostri secundo.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

© SEBASTIANUS Card. BAGGIO
S. Congr. pro Episc. Praefectus

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Liborius Scaccia, *Proton. Apost.*

loco |J¡ Plumbi

In Secret. Status tab., n. ß-1085.

II

TORONTINA SLOVACHORUM BYZANTINI RITUS

Pro Slovachis fidelibus ritus Byzantini in Canadia commorantibus Eparchia Sanctorum Cyrilli et Methodii constituitur Apostolicae Sedi immediate obnoxia.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Apostolicae Sedis, studiosissime in spiritale omnium fidelium bonum intentae, mos est, cum tempus necessitasque postulat, in variis orbis terrarum locis Eparchias constituere constitutasque ita tueri, ut et ipsis Christifidelibus ritum Byzantinum profitentibus faveat in eoque servando congruenter auxilietur. Hac de causa, quo magis in dies Christianus foveatur progressus Slovachorum fidelium ritus Byzantini in Canadia degentium curaque Visitatoris Apostolici usque in praesens fruentium, existimamus iis magis consentanea ratione esse consulendum, neque aliter ceteroquin sentimus de memorato Visitatore Apostolico, qui, adhuc Episcopus Ecclesiae titulo Tzernicensis, ipse primus erit eorum sacrorum Antistes plenoque iure pastor. Nos igitur hisce nunc Litteris de plenitudine potestatis Nostrae Apostolicae pro omnibus fidelibus Slovachis ritus Byzantini in Canadiensi Natione commorantibus Eparchiam Sanctorum Cyrilli et Methodii, cuius illic sedes erit in urbe Toronto, condimus eamque Apostolicae huic Sedi immediate obnoxiam esse volumus sicque iubemus. Denique has Apostolicas Litteras nunc et in posterum ratas esse Nos certe volumus, contrariis quibuslibet haud obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die decimo tertio mensis Octobris, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo, Pontificatus Nostri secundo.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

LADISLAUS Card. RUBIN
S. Congr. pro Eccl. Orientalibus Praef.

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*
Liborius Scaccia, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 58887 bis.

III

SOROTIENSIS .

Quibusdam territoriis ab Ecclesia Tororoënsi in Uganda detractis, nova conditur dioecesis Sorotiensis nomine.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad spiritualem provehendam salutem Christifidelium intra fines dioecesis Tororoënsis in Uganda degentium necnon ad eorum aptius consulendum regimini ab hac Apostolica Sede est antea postulatum ut nonnulla territoria a dioecesi, quam diximus, seiuncta novam constituerent Ecclesiam. Nos igitur re mature perpensa, auditis eorum, quorum interest, votis, de sententia Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium qui Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide praepositi sunt, Nostra summa potestate sequentia decernimus. A dioecesi Tororoënsi territoria districtuum civilium, qui vulgo Soroti et Kumi nuncupantur, separamus hisque novam condimus dioecesim *Sorotiensem* appellandam quam, metropolitanae Sedi Kampalaënsi subiectam atque Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide iurisdictioni obnoxiam, constituimus. Insuper sedem Episcopi huiusce novae dioecesis in civitate vulgo Soroti ponimus eiusque vero magisterii cathedram in templo ibidem exstante, Deo dicato in honorem beatae Mariae Virginis sub titulo Immaculatae Conceptionis, quod igitur ad cathedralis Ecclesiae dignitatem evehimus, cum debitis iuribus. Cetera omnia ad ius Canonicum perficiantur ad amussim. Ea autem quae praescripsimus ad effectum adducat Venerabilis Frater Henricus Lemaître, Archiepiscopus titulo Tungrensis et in Uganda Apostolicus Pro-Nuntius, vel ab eo delegatus vir in sacra dignitate constitutus. Re vero peracta, documenta exarentur sincerisque exemplis ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide cito mittantur, rite subscripta atque sigillo im-

pressa. Has denique Litteras sive nunc sive in posterum ratas esse volumus, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undetricesimo mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo, Pontificatus Nostri tertio.

CAROLUS Card. **CONPALONIERI**
S. ***Collegii Decanus***

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*
Liborius Scaccia, *Proton. Apost.*

Loco £8 **Plumbi**
In Secret. Status tab., n. 582SS.

LITTERAE APOSTOLICAE

B. M. V. Immaculata a « concordia », in dioecesi Foroconcordiana in Argentina, Patrona dioecesis illius confirmatur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Venerabilis Frater Adolf us Gerstner, Episcopus Foroconcordianus, datis Litteris die xi mensis Augusti, hoc anno, enixe rogavit ut beatam Virginem Mariam omni labe expertem, a ((concordia » cognominatam, Patronam apud Deum dioecesis suae confirmaremus : beatissimam enim Christi Matrem tum titulo ((Immaculatam » iam a primaevis historiae suae temporibus a populo fuisse cultam singulari pietate ac religione; tum adiecto titulo a ((concordia » fuisse deinde a fidelibus optatae pacis causam habitam, sive praeteritum saeculum, sive futurum. Qua re clerum gregemque fidelium uno ore petere ut quam ipsi filiorum amore electionem fecerint, Episcopus probaverit, Nos auctoritate Nostra in perpetuum confirmaremus. Nos autem, quibus utrumque sacrum : et Christi Matrem Reginamque caelorum exaltari, et filios, tot discordiae periculis obnoxios tam difficilibus temporibus, validissimo Matris praesidio, tamquam vallo, muniri ; aequissimo quidem animo admotae expostulationi concedimus, id profecto confisi, fore ut, tanta Virgine protegente, candida et suavissima pax non modo in dioecesi Foroconcordiana, sed etiam tota Argentina perennis perseveret. Qua re, iis probatis quae

Sacra Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino hac de re statuerit, factis a Nobis facultatibus, placet beatam Mariam Virginem Immaculatam a concordia esse et haberi Patronam caelestem dioecesis Foroconcordianae, id a Deo simul petentibus ut, aucta fide et amore filiorum, Matris etiam auxilia augeantur. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die **VIII** mensis Septembris, anno **MDCCCCLXXX**, Pontificatus Nostri altero.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco jji Sigilli

In Secret. Status tab., n. /,879/,.

EPISTULA

VENERABILI FRATRI IOANNI PASZTOR, EPISCOPO NITRIENSI

Commemoratura brevi tempore dioecesis Nitriensis undecimum saeculum est ex quo ipsa iure est condita : qui quidem eventus cum animos laetitia afficit tum ad deliberandum mentes impellit ad precandi! mque et homines etiam invitat ut anteactis in aetatibus lucem quaerant ac praesentis itineris ducem.

Talibus Nos cum sensibus consociantur vobiscum omnibus — Episcopo, Clero, fidelium Populo — communi in gaudio totius dioecesis; quae nempe, ut docet Concilium Vaticanum Secundum, «est Populi Dei portio, ... in qua vere inest et operatur Una Sancta Catholica et Apostolica Christi Ecclesia» *(Christus Dominus*, 11). Hoc igitur aliud est signum communionis quae numquam sane obscurata dioecesim Niciensem semper iunxit cum Apostolica Sede Christique Vicario.

Initium autem illius necessitudinis accidit quadam historiae aetate ex praeclarissimis omnino Slovachiae — tempore scilicet vitae operaeque Sanctorum Cyrilli et Methodii. Etenim Decessor Noster Ioannes VIII ad principem tunc Svatopluk scripsit : « Ipsum quoque presbyterum nomine Vichinum, quem nobis direxisti, electum episcopum consecravimus sanctae ecclesiae Nitriensis, quem suo archiepiscopo Methodio in omnibus obedientem, sicuti sancti canones docent, esse iubemus» *(Codex Diplomaticus et Epistolaris Slovaciae* I, p. 24). Cum primo itaque Episcopo Nitriensi et cum ipsis dioecesis primordiis arcte cohaeret memoria celebris illius Methodii nomen cuius illico ex

se revocat in mentes spiritalem hereditatem ab eo transmissam. Fidelitas vero idem erga patrimonium sit vobis semper honoris titulus, vitae officium !

Porro ante omnia pertinet ad eam fidelitatem amor in Petri Successorem qui simul demonstrat — quod paterna Nos cum consolatione hic extollimus — notam maxime propriam vestri religionis affectus. Ne proin deficiat umquam ille amor qui — Nobis id iam vobis aperte confirmantibus — ipse invenit in Christi Vicarii corde quasi quandam sui imaginem hilaramque responsionem !

Ad eandem praeterea hereditatem refertur item consensio inter Episcopum et Presbyterium, et religiosos ac religiosas, et singulos fideles : omnes enim unicam efficiunt spiritalem domum quae gubernationi concreditur atque gravi muneri ipsius dioecesis Pastoris. Quanti est haec momenti consortio ! Cunctis ideo modis eam consérvate, licet interdum id postulet nisum ingentem et sacrificia ! Ceterum nonne principium istud manat spiritali ex testamento Sancti Cyrilli? eius namque voces postremae continent incitationem ad talem consensum : «Domine, Deus meus, ...auge Ecclesiam tuam multitudine et omnes in unitate collige, et fac eximium populum concordem in vera fide tua et recta confessione, et inspira in corda eorum verbum tuae doctrinae » *(Vita Gonstantini* XVIII, 9. In Grivec-Tomslc, *Fontes,* p. 211). Longo propterea ex prioris temporis spatio necnon ex cohaerentia nostrae aetatis hauriat ea coniunctio incitamentum suum veramque voluntatem et propositum persequendi altius mutua inter omnes vincula; quem ad modum antiquus at omnibus pernotus auctor cohortatur Sanctus Ignatius Martyr : « Unde decet vos in episcopi sententiam concurrere, quod et facitis. Nam memorabile vestrum presbyterium, dignum Deo, ita coaptatum est episcopo, ut chordae citharae. Propter hoc in consensu vestro et concordi caritate Iesus Christus canitur. Sed et vos singuli chorus estote, ut consoni per concordiam, melos Dei recipientes in unitate, cantetis voce una per Iesum Christum Patri;... Utile itaque est, in immaculata unitate vos esse, ut et semper participetis Deo» (Epistula ad Ephesios IV; PG 5, 647). Sic quidem vos estis; ita pariter servati semper estis per memoriae proditas tempestates. Tales hodie quoque estote ac semper !

Sancti insuper ipsi dioecesis Patroni, Andreas Zoerardo et Benedictus, aliam hereditati vestrae spiritali adiciunt doctrinam quae locum Dei in memoriam revocat vitaeque interioris ac precationis pondus. Pergite, carissimi, horum Caelitum duorum vestigiis ingredi ! Id quod

in primis monemus dilectissimos sacerdotes ; ut hac ex intima communione cum Deo iunctio eorum cum Episcopo ac studiosum apostolatus opus usque profluant, et ad Deum tendant et cum Deo in Christo Iesu crescant ad Dei Populi aedificationem. Interior autem sacerdotum vita declaretur oportet privata fideli cotidiana prece ; quo solo pacto fiet ut ((stetur datis Christo atque Ecclesiae promissis » ; sicut anno superiore sub Dominicae Cenae sollemnia scripsimus ad Ecclesiae presbyteros, cum addidimus sacerdotem mediis in difficultatibus probationibus temptationibus debere ((per precationem videlicet reperire... in se habitum illum et affectum humilitatis ac sinceritatis erga Deum propriamque conscientiam, qui fons ipse sit virium ad vacillantia sustentandae *(Novo Incipiente,* 9).

Quod vero supra facta mentio est Sanctorum Andreae Zoerardo et Benedicti, facere haud possumus quin etiam vincula memoremus necessitudinis amatam inter dioecesim Cracoviensem atque communitatem Nitriensem. Haec utinam ipsa recordatio caritatis plena vobis aperiat totum amorem Nostrum, totam sollicitudinem Nostram et precationem pro vobis, carissimi, immo pro universis Slovachiae fidelibus. Adamat vos Summus Pontifex : certo istud scitote ! Ille pro vobis precatur, vobiscum patitur, sperat vobiscum !

Ita quidem est : ex antiquitate Ecclesiae Nitriensis — de prima enim agitur dicione ecclesiastica in Europae Mediae regionibus — nascitur, veluti undecim saeculorum testimonio confirmata, spes vigoris certa quem scilicet continua Dei praesentia vobiscum et Nobiscum et cuncta cum Ecclesia praestat. Laetamini proinde fiduciae pleni ! hoc vobis inculcat Christi Vicarius, dum repetit hortativas voces quae adeo saepe resonant ex Dei Verbo.

Sed saecularis ista celebritas similiter adducit cogitationes Nostras ad ponderanda munia Episcopi propria ideoque ad meditandos ipsos dioecesi propositos fines : nominatim ministerium verbi, ministerium sanctificationis, ministerium pastoralis curae et Ecclesiae regiminis.

Etenim celebrationes patet circumscribi non licere quibusdam ritibus externis; gignere potius ipsas debere veram interiorem animorum conversionem quae numquam cesset sed novas usque investiget vias rerum spiritalium plenius intellegendarum necnon explendae apostolicae actuositatis.

Commonet nos Concilium Vaticanum Secundum : « Inter praecipua Episcoporum munera eminet praedicatio Evangelii » *(Lumen Gentium,* 25). Verumtamen meminit idem Concilium: «Christus, Propheta

magnus, ... suum munus propheticum adimplet, non solum per Hierarchiam, quae nomine et potestate Eius docet, sed etiam per laicos, quos ideo et testes constituit... Quo in munere magni pretii apparet ille status vitae, qui speciali sacramento sanctificatur, scilicet vita matrimonialis et familiaris. Ibi exercitium et schola praeclara apostolatus laicorum habetur... Ibi coniuges propriam habent vocationem» *(ibidem,* 35). Qua de re et ipsi nos nuperius scripsimus: ((catechesis familiaris antecedit, prosequitur, amplificat aliam quamvis formam catecheseos tradendae» *(Catechesi Tradendae,* 68). Porro ipsum illud opus iam pertinet ad eximium iter dioecesis Nitriensis quippe quae recentiore tempore eminuerit missionali fervore praesertim archiepiscopo ducente Carolo Kmetko cuius numquam exstinguetur memoria.

Docendo ulterius prosequitur Concilium : « Episcopus, plenitudine sacramenti Ordinis insignitus, est "oeconomus gratiae supremi sacerdotii" praesertim in Eucharistia» *(Lumen Gentium,* 26). Sanctificandi ergo munus inhaeret ipsi fonti quo omnes replentur quique universa pervadit usque ad singulorum sanctimoniam ut fiat vitae testimonium. Praestans dilectusque Noster Decessor Paulus VI, qui tantopere amabat Slovachos, elocutus est: «His omnibus dicimus: necesse est, ut nostrum evangelizationis studium vehemens a germana vitae sanctitate proficiscatur, quam precatio ac praesertim amor erga Eucharistiam alant, atque... praedicatio ex parte sua incrementum afferat sanctitati praedicatoris » *(Evangelii Nuntiandi,* 76). Illud vobis omnibus, carissimi, iteramus Nos tamquam valens pro singulis mandatum — in cunctis nempe Ecclesiae ordinibus universisque in Ecclesiae officiis, at potissimum hodie pro vobis.

Rursus praedicat Concilium : « Episcopus, missus a Patrefamilias ad gubernandam familiam suam, ante oculos teneat exemplum Boni Pastoris ... Fideles autem Episcopo adhaerere debent sicut Ecclesia Iesu Christo, ut omnia per unitatem consentiant et abundent in gloriam Dei » *(Lumen Gentium,* 27). Sic sane regitur Ecclesia; sic vivitur in Ecclesia : per amorem, per ministerium, per magnanimitatem.

Qui in Beati Petri similitudinem universum Christi gregem pascendum suscepimus, videlicet homines ad aeterna destinatos, nihil sane curarum omittimus nullique aut labori aut sollicitudini parcimus, ut munus Nostrum hoc pie sancteque tueamur. Resonant enim in animo Nostro verba illa divini Redemptoris Petro facta ad mare Tiberiadis: ((Diligis me plus his? ... Pasce agnos meos... pasce oves meas»

(Io. 21, 15-17). Amamus, ergo pascimus. Cum ergo Venerabiles Fratres Iosephus Antonius do Couto, Episcopus Taubatensis, atque Aemilius Pignoli, Episcopus Crucismogiensis, audita Conferentia Episcoporum Brasiliensi, id petierint ut divisis suis Ecclesiis nova exinde conderetur, Nos, consilio ante audito Venerabilis Fratris Carmeli Boceo, Archiepiscopi titulo Iustinianopolitani in Galatia atque in Brasilia Apostolici Nuntii, similiter Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium Sacrae Congregationi pro Episcopis praepositorum, apostolica Nostra potestate haec decernimus. A dioecesi Taubatensi municipia detrahimus, quae vulgari sermone cognominant : Sao José dos Campos, Jacareí, Paraibuna, Santa Branca, Monteiro Lobato ; a diócesi vero Crucismogiensi municipium Igaratá; atque his terris, prout lege civili terminantur, novam dioecesim condimus *Sancti Ioseph in Brasilia* appellandam, cuius sedem collocari ab Episcopo in urbe S. José dos Campos statuimus, cathedram vero in templo Sancti Dimae poni, in eadem urbe exstanti, cui debita iura fiunt atque honores proprii cathedralium sacrarum aedium. Condita dioecesis suffraganea erit metropolitanae Sedi Apparitiopolitanae ; item Episcopus Archiepiscopo. Praeterea volumus ut in ea Canonicorum Collegium constituatur, iuxta morem in regione vigentem atque normas suo tempore edendas ; interim tamen Canonicorum loco Consultores dioecesani eligantur, qui Episcopo assint. Mensam episcopalem constituent sive Curiae emolumenta, sive fidelium collationes, sive pars bonorum quae novae dioecesi obvenient, ad normam canonis 1500 C.I.C. Circa Seminarii erectionem clericorumque formationem, serventur praescripta iuris communis, ratione tamen habita Decreti Concilii Vaticani II « Optatam totius », atque regularum a Sacra Congregatione pro Institutione catholica latarum. Suo vero tempore qui ex alumnis meliores fuerint Romam mittantur in Pontificium Collegium Pium Brasilianum; item quibus fuerint studia explenda sacerdotibus. Condita autem dioecesi, sacerdotes ei Sedi adscripti sint, in qua vel beneficium vel officium habeant ; ceteri vero clerici atque Seminarii tirones ei, in qua legitime degant. Praetera documenta et acta quae novam dioecesim respiciant, ad eius Curiam mittantur, atque in archivo rerum religiosarum serventur. Ceterum Venerabilis Frater Carmelus Rocco has Litteras Nostras ad effectum deducat, vel quem ipse legaverit, factis nempe ad id necessariis facultatibus, modo virum in ecclesiastica dignitate constitutum. Re autem acta, documenta exarentur atque sinceris exemplis ad Sacram

Congregationem pro Episcopis cito mittantur. Has vero Litteras volumus nunc et in posterum ratas esse, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die tricésima mensis Ianuarii, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo primo, Pontificatus Nostri tertio.

AUGUSTINUS Card., CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

83 SEBASTIANUS Card. BAGGIO
S. Congr. pro Episc. Praefectus

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Liborius Scaccia, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Secret. Status tab., n. 61325.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabilibus Dei Servi Iosepho de Anchieta, Petro a S. Iosepho Betancur, Mariae ab Incarnatione, Francisco de Montmorency-Laval, Catharinae Tekakwitha, Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Adoranda Christi verba : ((Euntes in mundum universum, praedicate Evangelium omni creaturae » *(Maro.* 16, 15), id luculenter produnt praedicationem Evangelii non esse solum unum de muneribus Ecclesiae praecipuis, sed ad eius essentiam pertinere ; ut ne concipi quidem possit Ecclesia, quae ab incepto propagandae religionis abstineat. Nimirum illatum populis verbum Dei, primum eo tendit, ut fidem adstruat in pectoribus, excitatam alat ad salutem. Verbum illud tamen tam dives est donorum, ut semper terrestrem etiam hominis condicionem honestiorem faciat. Amplissima enim humanae dignitatis opinio, qua creditur homo Dei Filius hominumque omnium frater, et consectaria quae ex ea notione manant, ut est obsequium erga personam humanam, ius cuiusque ad libertatem, ad opus cotidianum, et similia, quae semper Ecclesia insaevit animis, praecepit, tuita est, ac quasi tributum insigne hominum Societati dono dedit, non possunt in bonum illorum non redundare. Ceterum vita, praedicatio, labores eorum quos Beatorum titulo hodie decoravimus, hoc omnino confirmant : Eccle-

siam, cum hominem adit per praedicationem Evangelii, totum hominem afficere, cuius integram salutem operari, praesentis videlicet ac futurae vitae. Horum autem Venerabilium Dei Servorum persequi casus, etsi breviter, gaudium erit ac certa possessio. Nam non solum meditata illorum vita ad praestantiorem virtutem movebit, sed etiam tali hominum nos devinciet amore, ut facile eorum necessitates subeamus, scilicet Dei creaturarum, et fratrum in fide, et una nobiscum ad aeterna viatorum. Primus autem huius gloriosae cohortis athleta est Venerabilis Dei famulus Iosephus de Anchieta, die undevicesima mensis Martii, anno MDXXXIV natus in urbe S. Christophoro de Laguna, in Insulis Canariis. Qui admodum iuvenis, virginitatem suam voto Deo dedicavit, atque totum se tradidit Virgini Mariae tenerrimo affectu, quam serius etiam Latine condito poemate celebravit. Anno vero MDLI Societatem Iesu ingressus est; atque duos post annos Brasiliam petiit sacris missionibus addictus. Ibi autem et sacerdotio initiatus est, anno MDLXVI, et nonnullas religiosas domus sancte rexit, donec Moderator Provincialis universae missionis Brasilianae suae Societatis factus est. Meritorum plenus diem supremum Reritibae obiit, in Brasilia, anno MDXCVII; quam urbem hodie in eius honorem « Anchieta » cognominant. Opus autem eius in universum considerantibus, manifesto patet illum summo studio Christum praedicasse tum vivo verbo, tum exemplo virtutis. Sane praeterquam quod de aeterna hominum salute, de humana Indigenarum dignitate provehenda maximam curam adhibuit, in quos potissimum operam contulisset. Horum vitae, linguae, institutorum studiosus acerrimus, id annisus est, ut Evangelium in indigetem oleastrum insereret. Grammaticam etiam illius linguae scripsit, item et catechismum in christianorum usum. Ceterum, tanta eius fama, ut «Apostolus Brasiliae » diceretur, eiusque memoria tot per saecula in benedictione fuerit. Secundus in hoc Venerabilium grege est Petrus a S. Iosepho Betancur, qui est in has luminis oras exortus die primo et vicesimo mensis Martii, anno MDCXXVI, in urbe Vilaflor de Tenerife, item in Insulis Canariis. Eum parentes, pastores quidem et agricultores, sed divites fidei, pie sancteque educarunt. Quo. opulentus patrimonio, viginti tres annos natus, Guatimalam petiit Christum nuntiaturus : ubi et graviter aegrotavit, et quasi per prodigium convaluit. Interim autem miseriam pauperum penitus cognovit, eorumque condicioni mederi studuit. Divino vero motus instinctu, voluit paupertatem beati Francisci Asisinatis imitari, atque proximo serviré. Idcirco Tertiarius (ut dicebant) Franciscalis factus est, coenobium S. Francisci ingressus, quod

erat in Antiqua Guatimala situm; atque ibi quod optaverat expertus est vir ille beatus : nam et vixit rerum omnium egenus, et proximi necessitatibus omni ope consuluit : qui et collectos pueros docuit, et pauperes aegrotantesque invisit, et scholam, oratorium, valetudinarium struxit, et domicilium sacerdotibus peregrinis excipiendis, et hospitium iuvenibus adiuvandis qui Studiorum Universitatem frequentabant, aperuit. Hac in re eo processit, ut valetudinarium pro convalescentibus incoharet, rem, ut iis temporibus, omnino inauditam. Id autem summopere curavit ut Christi doctrina animos imbueret, atque eo genere atque ratione, quae vias nostras anteveniret. Condidit praeterea duas Sodalitates Religiosorum, virorum unam, alteram mulierum, quas Bethlehemitarum cognominant, sub protectione dulcissimi Pueri Iesu, eo nempe consilio, ut sua ipsius vestigia sequentes inceptum a se opus illi perpetuarent. Vita excessit annum unum et quadragesimum agens, die quinto et vicesimo mensis Aprilis, anno MDCLXVII ; cui praeclarum cognomen inditum est: ((Mater Guatimalae». Tertia est nobis Venerabilis Dei famula Maria ab Incarnatione sermone commemoranda. Cuius sane prorsus singulare fuit, quod per omnem vitam contemplationem cum actione coniunxerit. Admirabilis haec mulier est in lucem suscepta Caesaroduni, in Gallia, die duo de tricesimo mensis Octobris, anno MDXCix, a parentibus industriae deditis ; atque ad Dei praecepta educata est . Iuxta morem, tam mature nupsit, ut duodevicesimum annum agens iam mater esset. Sed heu ! vicesimo aetatis anno, est viri morte viduata. Atque ex eo id unum cordi habuit, ut domum bene regeret ac filiolum pie informaret. Sed urgebat Deus ancillam suam ut vitam religiosam caperet; qua re, filio, vix atque adolevit, amicis optimis tradito, ad Ursulinarum familiam Turonensem tamquam in portum se recepit, ut puella optaverat. Votis autem anno MDCXXXIII nuncupatis, anno MDCXXXIX Canadensem terram petiit, in mulieribus Gallia, quotquot ad evangelizandum patria cesserunt, omnium prima. In urbe vero Québec sede collocata, atque coenobio Ursulinarum condito, ibi fere semper degit. Singularis sane domus : in qua et orabat assidue, et meditabatur attente divinas veritates, et virtutes colebat more Sanctorum ; in qua praeterea Missionarii consilia salutis, Indigenae doctrinam vitae, honestam disciplinam, atque interdum necessaria alimenta hauriebant! Ceterum, ut erat culta, tum léxica scripsit, tum catechismos linguis illorum populorum; atque SS. Trinitatis afflatu multa composuit, quorum haec sunt praecipua : *Epistulae, Relationes spiritales, Brevis expositio Cantici canticorum, Schola sancta.* Quorum scriptorum tanta est

altitudo doctrinae et ardor pietatis, ut altera Teresia Abulensis habita sit. Tandem die tricésima mensis Aprilis, anno **MDCLXXII**, morte lumina clausit in Domino, cognomen adepta ((Matris Canadensis Ecclesiae catholicae ». Est in hoc Beatorum agmine etiam Venerabilis Franciscus de Montmorency-Laval, natus in ea Galliae urbe, quam ibi loci cognominant Montigny-sur-Avre, die tricesimo mensis Aprilis, anno **MDCXXIII.** Res Graecas et Romanas apud Sodales Societatis Iesu didicit in urbe La Flèche, sacram vero Theologiam Lutetiae Parisiorum. Sacerdotio auctus anno **MDCXLVII**, anno **MDCLVIII** creatus est primus Vicarius Apostolicus Canadensis, in eamque orbis plagam se contulit. Cum vero anno **MDCLXXIV** Sedes episcopalis Quebecensis condita esset, Franciscus factus est primus illius Episcopus, dioecesis nempe tunc temporis ad Sinum usque Mexicanum se protendentis. In eo autem munere seriem inmensam laborum summa ille patientia ac tolerantia subiit fortiterque sustinuit. Providus futuri, Seminarium Quebecense condidit, quod nunc Studiorum Universitatem a Laval appellant : opus sane egregium atque omnium sacerdotum fere domicilium; ex quo non modo Missionarii scribebantur, quasi Christi milites, sed illuc, ut in communem domum, coibant quotquot pietatem, scientiam, virtutem sitiebant. Cor autem illius pulsans fuisse Franciscum docet historia. Ad quem quod attinet, tenendum ita eum de Christo praedicasse, ut Indigenarum vitam, cultum, instituta propria summopere tueretur, maxime ab Europaeorum insidiis. Fuit itaque ille in Canadia qui S. Augustinus fuerat in Britannia, S. Bonifatius in Germania, Cyrillus ac Methodius in populis Slavicis. Tandem abdicata dioecesi tardae aetatis annos in Seminario degit quod ipse condiderat, omnibus exemplo atque consilio perutilis. Ibi autem mortale suum curriculum confecit anno **MDCCVIII**, ut annis, sic etiam meritis dives. Superest una Catharina Tekakwitha iis annumeranda quos hodie beatos ediximus. Haec autem Indis orta parentibus, ethnico altero, altera catholica imbuta fide, hanc vitam ingressa est anno **MDCLVI**, in Statu, ut dicunt, Neo-Eboracensi, ad urbem Auriesville. Patreque matreque vero una cum eius fratre mature amissis, Catharina, et ipsa pústula deformata maligna, patrui tecto accepta est, qui tribus, cui nomen Mohawks, princeps erat. Christiana ergo religione erudita, anno **MDCLXXVI** a Iacobo de Lamberville, Sodali Societatis Iesu, baptizata est, omniumque virtutum exemplar evasit, maxime castitatis. Sed ob hoc ipsum, quasi iniquum esset, in summum discrimen venit etiam a suis. Qua re, consilium Sodalium Societatis Iesu secuta, Indos petiit missionis a S. Francisco Xaverio, qui Pratum S. Magdalenae incolebant

(hodie dicunt Montréal), ubi tranquille degit. Sed heu! brevi hinc ad sempiternam lucem excessit, die decimo septimo mensis Aprilis, anno **MDCLXXX,** viginti quattuor annos nata, primus Indorum flos; ab omnibusque est sancta vocata. Horum autem Dei Servorum fama, quae viventium late manaverat, mortuorum etiam perpetuo tenuit. Atque, tametsi serius, est publicum de illa iudicium Ecclesiae petitum. Qua re Processus ad uniuscuiusque illorum, diversis quidem temporibus et locis, Beatificationem instituti sunt, atque felici exitu absoluti, sive ordinarii sive apostolici; post quos, virtutes eorum sunt sollemni iudicio probatae: Venerabilis Iosephi de Anchieta, anno **MDCCXXXVI**; Petri a S. Iosepho Betancur, anno **MDCCLXXI**; Mariae ab Incarnatione, anno **MDCCCCXI**; Catharinae Tekakwitha, anno **MDCCCCXLIII**; Francisci de Montmorency-Laval, anno **MDCCCCLX**. Post haec actum de miraculis, quae Ius Canonicum (c. 2117) requirit ad Beatificationem. Cum autem ob temporum, locorum, personarum distantiam iam difficile esset proposita miracula ad medicae artis severitatem probare, ut sacri canones poscunt, et tamen illorum prodigiorum fama solida esset, sanctitas insignis, momentum pastorale magnum propter bona quae, si beati dicerentur, manare possent per nationes, in quibus Venerabiles illi aut nati, aut operati essent, maxime propinquante anno Sancto **MDCCCCLXXV,** subiit cogitatio an, singulari quidem via et ratione, miracula in causa supersederi possent. Huc autem spectabant supplices Litterae tum Conferentiae episcopalis Canadensis, ad Catharinam Tekakwitha quod attinet (a. **MDCCCCLXXIII**), tum Conferentiae episcopalis Brasilianae, Guatimalensis, Canadensis atque Civitatum Foederatarum Americae Septemtrionalis, quod ad ceteros pertinet (a. **MDCCCCLXXVII**). Est autem hoc negotium a Paulo VI et Ioanne Paulo I, Decessoribus Nostris, quibus et Nos accessimus, Plenario Coetui Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum permissum; qui die vicesimo mensis Ianuarii, hoc anno, omnibus attente consideratis, in eam sententiam ivit, in quam petitores. Qua Nos nisi opinione, die decimo quinto Martii item hoc anno, concessimus ut, unice in populi christiani bonum, atque singulari prorsus ratione, lex miraculorum in casu intermitteretur. Ad sollemnem autem Beatificationem hanc diem statuimus, vicesimam secundam Iunii, anno **MDCCCCLXXX**. In qua sane, cum magna Patrum Cardinalium, Episcoporum, cleri atque populi multitudo, maxime ex iis nationibus, quas supra memoravimus, in templum S. Petri, Romae, convenisset, Nos inter Sacrum stata Beatificationis verba protulimus, quae sunt: « îjîos, vota Fratrum Nostrorum Avelari Brandâo Vilela,

Archiepiscopi S. Salvatoris in Brasilia, Marii Casariego, Archiepiscopi Guatimalensis, Mauritii Roy, Archiepiscopi Quebecensis, Pauli Grégoire, Archiepiscopi Marianopolitani, Howard J. Hubbard, Episcopi Albanensis in America, nec non plurium aliorum Fratrum in Episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum consulto, auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus, ut Venerabiles Servi Dei Iosephus de Anchieta, Petrus a S. Iosepho Betancur, Maria ab Incarnatione, Franciscus de Montmorency-Laval, Catharina Tekakwitha, Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die ipsorum natali : Beati Iosephi de Anchieta die nona Iunii, Beati Petri a S. Iosepho Betancur die vigesima quinta Aprilis, Beatae Mariae ab Incarnatione die trigesima Aprilis, Beati Francisci de Montmorency-Laval die sexta Maii, Beatae Catharinae Tekakwitha die decima septima Aprilis, in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti ». Sermone praeterea de uniuscuiusque illorum virtutibus habito, primi eos venerati sumus, atque illorum protectionem invocavimus.

Quae vero per has Litteras iussimus perpetuo rata habeantur, contrariis nihil impedientibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxn mensis Iunii, anno MDCCCCLXXX, Pontificatus Nostri secundo.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. /,5//92.

II

SS. Cyrillus et Methodius totius Europae caelestes apud Deum Compatroni a Summo Pontifice motu proprio constituuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — 1. Egregiae virtutis viri Cyrillus et Methodius iam mentibus animisque omnium iterum subeunt hoc anno, in quo bini saeculares rerum eventus accidunt omnino insignes. Simul enim annus centesimus abit ex quo Litterae Encyclicae « Grande munus », die xxx Septembris, anno MDCCCLXXX, promulgatae sunt, quibus nimirum Leo XIII, Pontifex ille magnus, post horum virorum per-

sonas atque industriam apostolicam in cunctae Ecclesiae memoriam revocatam, Liturgicam illorum celebritatem instituit, et in Calendario Ecclesiae catholicae inscribi iussit (Leonis XIII P. M. *Acta,* vol. II pp. 125-137) ; simul XI centenarius dies incidit Litterarum « Industriae tuae » (Cf. *Magnae Moraviae fontes historici,* t. III, Brno 1969, pp. 197-208), a Decessore Nostro Ioanne VIII Principi Svatopluk mense Iunio datarum, anno **DCCCXXX**, quibus videlicet usus Slavicae linguae in sacra Liturgia et laudabatur et suadebatur, «ut in eadem lingua Christi Domini Nostri praeconia et opera» enarrarentur *(Ibid.* p. 207).

Cyrillus autem et Methodius fratres, Graeci, Thessalonicae nati, ea nempe in urbe, in qua beatus Paulus et degit et operatus est, ab usque suae vocationis initio arctas rationes institutionis spiritualis ingenique culturae cum Patriarchali Ecclesia Constantinopolitana susceperunt, tum temporis liberalissimis studiis affluente, ac missionali labore operosa, in eiusque altiore doctrinarum sede formati sunt (Cf. *Constantinus et Methodius Thessalonicenses, Fontes,* ed. F. Grivec - F. Tomsic : Radovi Staraslovenskog Instituta, IV, Zagrabiae 1960). Uterque vero religiosae vitae formam ceperunt, ea tamen lege atque consilio, ut una cum officiis eiusdem vocationis, etiam fidei propagandae studium coniungerent. Cuius profecto studii documentum dederunt in evangelizatione Cazarorum, circa Chersonesum Tauricam incolentium, quam secuta est, opus illorum praecipuum, sacra in Magnam Moraviam expeditio, inter populos, qui tum regiones, ad medium Danuvium flumen adiacentes, inhabitabant, rogatu scilicet Moravi Principis Rastislai, qui Imperatorem Ecclesiamque Constantinopolitanam id poposcerat. Ut vero illi necessitatibus apostolici muneris parèrent apud eos populos, divinas Litteras in illorum linguam verterunt, qua in sacra Liturgia et in erudienda gente uterentur. Ita factum est, ut fundamenta cultus humani eorum populorum in proprio ipsorum sermone iacta sint. Iure ergo ac merito iidem habentur non modo Slavorum Apostoli, sed etiam culturae patres gentium omnium illarum ac nationum, quibus sane haec prima linguae Slavicae monumenta ea sunt, ad quae, tamquam ad principium et fontem, reliquae omnes posteriorum aetatum litterae revocentur oportet.

Cyrillus autem et Methodius ministerium suum missionale sic egerunt, ut sive cum Ecclesia Constantinopolitana conspirarent, a qua missi essent, sive etiam cum Romana Petri Sede, quae eos confirmavisse^ quasi in signum unitatis Ecclesiae, quae tali eorum vitae atque industriae

tempore nullam divisionis vicem subierat Orientis et Occidentis, tametsi incensae tunc graves contentiones Romae cum Constantinopoli erant.

Romae autem Cyrillus atque Methodius a Summo Pontifice et ab Ecclesia Romana honorifice excepti sunt; a quibus est etiam illorum opera apostolica et probata et fulta, vel quod attinet ad usum linguae Slavicae in sacra Liturgia, quem ipsi morem induxerant, nonnullis in Occidente refragantibus. In Urbe autem Cyrillus morte lumine clausit (die nempe xiv Februarii, anno **DCCCLXIX**), atque ibidem inhumatus est, in ecclesia S. Clementis ; Methodium vero, cum Archiepiscopum antiquae Sedis Sirmiensis constituisset, misit Summus Pontifex in Moravian!, ut opus apostolicum divino olim susceptum consilio ibi loci continuant : quod sane summo studio fortissimoque animo una cum discipulis prosecutus est in populo, ad usque suae vitae finem (die vi Aprilis, anno **DCCCLXXXV).**

2. Iamvero centum abhinc annos Leo XIII, Pontifex Maximus, datis Litteris Encyclicis « Grande munus », immortalia Sanctorum Cyrilli atque Methodii merita in evangelizatione Slavorum in memoriam universae Ecclesiae revocavit. Quandoquidem autem hoc anno Ecclesia **MD** exactum annum agit ob ortu S. Benedicti, quem quidem Paulus VI, Venerabilis Decessor Noster, anno **MDCCCCLXIV**, Europae Patronum dedit, visum est hanc Europae protectionem apertiore in luce collocari, si egregio huius sancti Patriarchae Occidentis operi, praecipua etiam Cyrilli atque Methodii fratrum merita coniungerentur. Quod profecto multae causae suadent, ab historia tum antiqua tum recenti profluentes, eaeque fundamentum habentes tum theologicum et ecclesiale, quod dicunt, tum etiam litterarium in nostrae Europaeae continentis historia. Qua re, antequam hic annus, redintegrandae S. Benedicti memoriae sacer, abeat, iam saeculo expleto Encyclicarum Litterarum Leonis XIII incidente, optamus ut allatae causae per has Litteras magnificentur, quibus placuit SS. Cyrillum et Methodium compatronos Europae renuntiari.

3. Si enim Europam geographice atque in universum consideres, ad eam formandam duo, ut ita dicamus, potissimum coierunt christianarum traditionum genera, quibuscum etiam natae sunt duae humani cultus formae seu species, diversae quidem, quarum tamen altera alteram complet. Etenim si S. Benedictus, cuius auctoritas non solum in Europa, maxime Occidentali ac Media, obtinuit, sed per Benedictina domicilia etiam in aliis terrae partibus floruit, quasi caput fuit eius cui-

turae quae Roma, id est a successorum ipsius Petri Sede, manavit, at sancti fratres, Thessalonica profecti, primo quidem adiumenta antiquae Graecorum sapientiae in lumine posuerunt ; deinde momentum Ecclesiae Constantinopolitanae, quod esset, atque traditionis Orientalis ostenderunt : quae sane tamquam insculpta penitus haeret in pietate atque cultu populorum atque nationum ad orientem solem vergentium continentis Europaeae.

Quoniamque hodie, post tot saeculorum discidia Ecclesiarum, inter Orientem et Occidentem, Romam atque Constantinopolim, iam inde a Concilio Vaticano II plurimum profectum est ad plenam communionem, renuntiatio SS. Cyrilli atque Methodi tamquam Europae compatronorum una cum S. Benedicto, videtur omnino horum temporum signis respondere; maxime si hoc anno fiat, in quo utraque Ecclesia, Catholica videlicet et Orthodoxa, eam itineris partem ingressae sunt, in qua de summa rerum decernant, post initum dialogum in Insula Patmo, ob memoriam, ut fert traditio, beati Ioannis Apostoli et Evangelistae celebri. Nam eo etiam tendit haec declaratio, ut hoc tempus faciat in futuras aetates memorabile.

Ceterum haec renuntiatio eo etiam spectat, ut cognoscant aequales nostri quam praemineat Evangelii annuntiatio, a Christo Iesu Ecclesiis crediti, ob quod propagandum hi fratres Slavorumque Apostoli tantopere sudaverunt. Scilicet evangelicus nuntius via fuit idemque causa, quibus varii nascentis Europae populi in vicem sese cognoscerent atque in unum coalescerent. Qua re et patrimonium commune constituit tum pietatis tum humanitatis, quod et Europae hodiernae transmisit.

4. Quare id est in votis : fore ut, benignissima SS. Trinitatis misericordia atque intercessione Dei Matris omniumque Sanctorum, iam omne quod Ecclesias, et populos, et nationes dividit, dilabatur; atque traditionum cultusque formarum diversitates documento potius sint mutui illius complementi, quod communes animorum divitiae invexerunt.

Conscius autem animus harum religiosarum divitiarum, quae diverso sane tramite in patrimonium singularum nationum continentis Europaeae cessit, id efficiat ut nostra aetas in debito obsequio iustorum iurium ceterarum nationum et in quaerenda pace perseveret; neque abstineat, quin communi omnium bono, atque futuris hominum casibus universi orbis terrarum prospiciat.

Itaque certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque apostolicae potestatis plenitudine harum Litterarum vi perpetuumque in

modum Sanctos Cyrillum et Methodium totius Europae apud Deum caelestes Compatronos constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae praecipuis locorum Patronis rite competunt. Pax hominibus bonae voluntatis !

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **XXXI** mensis Decembris, anno **MDCCCCLXXX**, Pontificatus Nostri tertio.

IOANNES PAULUS PP. II

HOMILIAE

I

In Romano templo S. Clementis ad Lateranum a Summo Pontifice sacris in honorem SS.rum Cyrilli et Methodii, Europae Patronorum, litante habita.*

Venerati Fratelli,

1. Sono particolarmente lieto di potermi trovare — insieme con numerosi Cardinali e personalità, e con i fedeli religiosi di origine slava residenti a Roma — per questa solenne celebrazione eucaristica in onore dei santi fratelli Cirillo e Metodio, in questa Basilica di S. Clemente, dove riposano le venerate spoglie di San Cirillo; una doverosa e lieta celebrazione, questa, in onore dei due gloriosi santi, che il 31 dicembre scorso, con la Lettera Apostolica *Egregiae virtutis,* ho proclamato celesti patroni di tutta P Europa, accanto a San Benedetto.

Nello scorso anno, corne è noto, si compiva un secólo dalla pubblicazione delPEnciclica *Grande Munus,* con la quale Leone XIII, dopo aver illustrate la poliédrica personalità e Pintensa azione apostolica dei due santi, ne introduceva la festività liturgica nel calendario delia Chiesa cattolica; ricorreva altresi Pundicesimo centenario delia Lettera *Industriae Tuae* che il mio Predecessore Giovanni VIII, nel giugno delPanno 880, aveva indirizzato al Principe Svatopluk per raccomandare Puso delia lingua slava nella Liturgia.

Tali importanti anniversari, uniti a quello del XV centenario delia nascita di San Benedetto, mi hanno spinto a mettere in risalto, accanto alia imponente opera evangelizzatrice e civilizzatrice compiuta dal Patriarca d'Occidente, quella non meno importante e decisiva, dal

*** Die 14 m. Februarii a. 1981.**

punto di vista ecclesiale e storico, svolta dai due santi fratelli, verso i quali la Chiesa tutta, d'Orienté e d'Occidente, ha un perenne debito di immensa gratitudine e di filiale riconoscenza.

2. La odierna Liturgia delia Parola ci ha preséntate, nella prima lettura, la conclusione delia tappa del viaggio apostolico di Paolo e Barnaba ad Antiochia di Pisidia. I due arditi annunciatori del Vangelo, rifiutati dai Giudei, dichiarano con franchezza : «... poiché voi respingete la Parola di Dio..., ecco noi ci rivolgiamo ai pagani!». E san Luca commenta : « Nell'udir ció i pagani si rallegravano e glorificavano la Parola di Dio e abbracciavano la fede tutti quelli che erano destinati alla vita eterna».[1] "

Come Paolo e Barnaba, i santi Cirillo e Metodio, fratelli nel sangue ma più ancor nella fede, furono intrepidi seguaci di Cristo ed instancabili predicatori delia Parola di Dio.

Nativi di Tessalonica, la città dove san Paolo svolse parte delia sua attività apostolica e ai cui primi fedeli indirizzô due Lettere, i due fratelli entrarono in contatto spirituale e cultúrale con la Chiesa patriarcale di Costantinopoli, allora fiorente per cultura teológica e e per attività missionaria, e seppero unire le esigenze e gli impegni delia vocazione religiosa con il servizio missionario. I Cazari delia Crimea furono i primi testimoni del loro ardore apostolico ; ma la loro più importante opera evarigelizzatrice fu la missione delia Grande Moravia, intrapresa dopo che il principe di Moravia Rastislaw ne aveva presentata richiesta alPImperatore e alia Chiesa di Costantinopoli.

L'opéra apostolica e missionaria, cosi complessa e varia, dei santi Cirillo e Metodio, considerata oggi a distanza di undici secoli sotto molteplici angolazioni, si presenta ricca di una straordinaria fecondità ed altresi di una eccezionale importanza teológica, cultúrale ed ecuménica; aspetti questi che interessano non soltanto la storia delia Chiesa, ma anche quella civile e politica di una parte del Continente Europeo.

La traduzione in lingua volgare dei Libri sacri a scopo liturgico e catechetico ha fatto dei santi Cirillo e Metodio oltre che gli apostoli dei Popoli slavi anche i padri delia loro cultura. Il loro indefesso servizio missionario compiuto in unione sia con la Chiesa di Costantinopoli, dalla quale erano stati mandati, sia con la Sede romana di

[1] **Cfr. *At* 13, 46. 48.**

Pietro, dalla quale furono confermati, ei manifesta il loro indómito amore per la Chiesa una, santa, cattolica, e ci è di sprone perché questa unita sia pienamente vissuta nella fede e nella carita.

Inoltre — come ho sottolineato nella mia citata Lettera apostolica *Egregiae virtutis* — i due santi fratelli hanno messo in risalto anzitutto il contributo delPantica cultura greca e, in seguito, la portata delPirradiazione delia Chiesa di Costantinopoli e delia tradizione orientale, la quale si è cosi profondamente iscritta nella spiritualité e nella cultura di tanti Popoli e Nazioni delPOriente Europeo.

3. Presso la tomba di san Cirillo, che a 42 anni concluse in quest'Urbe la sua vita terrena il 14 febbraio delPanno 869, e ricordando anche il suo fratello san Metodio, che fu dal Papa ordinato arcivescovo e inviato in Moravia a continuare la sua preziosa opera apostolica, proseguita fino alia morte avvenuta il 16 aprile delPanno 885, noi abbiamo ascoltato le parole, che Gesù rivolse ai settantadue diseepoli, prima di inviarli, a due a due, per la predicazione del Regno di Dio : ((La messe è molta, ma gli opérai sono pochi. Prégate dunque il padrone delia messe perché mandi opérai per la sua messe».[2]

Cirillo e Metodio sono stati due autentici «opérai» delia messe di Dio. E in questo giorno delia loro festi vita la Chiesa, esaltando la loro meritoria azione apostolica, è consapevole di avere oggi ancor più bisogno di cristiani capaci di dare il loro contributo di impegno, di énergie, di entusiasmo per Pannuncio dei messaggio di salvezza in Cristo Gesù. Ma è altresi consapevole di aver bisogno di anime totalmente ed esclusivamente consacrate alla predicazione del Vangelo, all'azione missionaria ; ha bisogno di sacerdoti, di religiosi, di religiose, di missionary di missionarie, che, rinunciando generosamente e lietamente alia famiglia, alia patria, agli affetti umani, dedichino tutta la loro vita a lavorare ed a soffrire per il Vangelo.[3]

Dinanzi alia portata storica dell'opera evangelizzatrice compiuta dai due santi fratelli, la Chiesa recepisce ancor più profondamente che Pevangelizzazione è la grazia e la vocazione sua propria, la sua identità più profonda. «Essa esiste per evangelizzare — ha scritto Paolo VI —, vale a dire per predicare ed insegnare, essere il canale dei dono delia grazia, riconciliare i peccatori con Dio, perpetuare il

[2] *Lc* 10, 2.
[3] Of. *Me* 8, 35.

sacrificio di Gristo nella Santa Messa che è il memoriale delia sua morte e delia sua gloriosa risurrezione ».[4]

Ció ha signifícate per i santi Cirillo e Metodio render preminen te Pannuncio dei Vangelo : un annuncio che non ha mortifícate, distrutto o eliminate, bensi ha integrate, elevate ed esaltato gli autentici valori umani e culturali tipici del genio dei Paesi evangelizzati, contribuendo ad una apertura e ad una solidarietà, capaci di far superare gli antagonismi e di creare un comune patrimonio spirituale e cultúrale, che ha posto solide basi per la giustizia e la pace.

Leggendo nell'antica « Vita » di san Cirillo in lingua slava alcuni particolari degli ultimi giorni delia sua vicenda terrena, proviamo una intensa emozione, perché penetriamo nella dimensione più intima delia sua coscienza e intravvediamo i grandi ideali, per i quali il santo vissuto, aveva lavorato ed aveva sofferto : ((Signore, mio Dio, — egli prega va — conserva nella fede il tuo gregge, ... f à' crescere di numero la tua Chiesa e raccogli tutti nelPunità. Rendi santo, concorde nella vera fede e nella retta confessione il tuo popólo e ispira nei cuori la parola delia tua dottrina».

4. Mentre ci accingiamo a celebrare PEucaristia, innalziamo la nostra umile e férvida preghiera ai due santi fratelli, Patroni del-PEuropa, chiedendo la loro potente intercessione presso la Trinità Santissima :

O Santi Cirillo e Metodio, che con ammirevole dedizione avete pórtate ai Popoli assetati di verità e di luce la fede; fate che la Chiesa tutta proclami sempre il Cristo crocifisso e risorto, Redentore del-Puomo !

O Santi Cirillo e Metodio, che nel vostro difficile e duro apostolato missionario siete rimasti sempre profondamente legati alia Chiesa di Costantinopoli ed alia Sede Romana di Pietro ; fate che le due Chiese sorelle, la Chiesa Cattolica e quella Ortodossa, superati nella carita e nella verità gli elementi di divisione, possano raggiungere presto la piena unione auspicata !

O santi Cirillo e Metodio, che, con sincero spirito di[5] fraternità, avete avvicinato i Popoli diversi per portare a tutti il messaggio di amore universale predicate da Cristo; fate che i Popoli del Continente Europeo, consapevoli del loro comune patrimonio cristiano, vi vano nel

[4] **Esort. Ap. *Evangelii Nuntiandi,* 14.**

reciproco rispetto dei giusti diritti e nella solidarietà e siano operatori di pace tra tutte le Nazioni del mondo !

O santi Cirillo e Metodio, che, spinti dalPamore di Cristo, avete abbandonato tutto per serviré il Vangelo ; proteggete la Chiesa di Dio : me, successore di Pietro nella Sede Romana ; i Vescovi, i Sacerdoti, i Religiosi, le Religiose, i Missionari, le Missionarie, i padri, le madri, i giovani, le giovani, i bimbi, i poveri, gli ammalati, i sofferenti ; che ognuno di noi, là dove lo ha posto la provvidenza divina, sia un degno «operaio » delia messe del Signore !

Amen !

II

Interamnae, in Italia, habita in sollemnitate Sancti Ioseph.*

1. ((Beato chi abita la tua casa (Signore) : sempre canta le tue lodi » (Sal 83-83, 5.).

Cari Fratelli e Sorelle!

Dopo Pincontro mattutino sui posto di lavoro, ei riuniamo ora in questo ampio stadio per partecipare *alVEucaristia.* Ancora una volta desidero esprimervi gratitudine, perché nel giorno in cui la Chiesa venera San Giuseppe, « uomo giusto », che a Nazaret ha lavorato presso il banco del carpentiere, mi è dato di incontrarmi con voi entro la sede di una delle fabbriche, ove si trova il banco di lavoro di tanti uomini, residen ti a Terni e nelle locali tà circostanti. Quel nostro incontro è stato incentrato sui grande problema *dei lavoro umano,* al quale il giorno odierno, in modo particolare, dirige i nostri pensieri ed i nostri cuori.

Qui vi saluto per la seconda volta in una cerchia più ampia : *acoompagnati dalle vostre famiglie,* dalle vostre moglie e dai figli, dai vostri familiari, congiunti, vicini e conoscenti. Giuseppe di Nazaret. «uomo giusto», la cui solennità ci permette di guardare con gli occhi delia fede la grande causa del lavoro umano — è contemporáneamente capo delia casa, capo delia famiglia : delia Sacra Famiglia, cosi come ognuno di voi, miei Fratelli e Sorelle, è marito e padre, sposa e madre, responsabile delia famiglia e delia casa. Vi è uno *stretto légame tra il lavoro e la famiglia* : tra il vostro lavoro e la vostra famiglia. San Giuseppe è, a titolo particolare, patrono di questo légame. E perciô è bene che,

*** Die 19 m. Martii a. 1981.**

dopo il nostro incontro mattutino, che ci ha visu raccolti attorno al banco del vostro lavoro, ei si possa incontrare qui per dedicare la S. Messa delia solennité di S. Giuseppe alle famiglie. Ad ogni famiglia e a tutte le famiglie.

Proprio queste famiglie desidero invitare in modo più cordiale alla comunità eucaristica, che esprime la nostra *unita familiare con Dio,* Padre di Gesù Cristo e nostro Padre — e al tempo stesso manifesta Punità reciproca degli uomini, soprattutto di quelli che costituiscono una sola famiglia.

2. L'Eucaristia manifesta e realizza *Vunità familiare di tutta la Chiesa.* Per partecipare al sacrificio di Cristo, per cibarsi dei suo Corpo e dei suo Sangue, la Chiesa si riunisce come una famiglia presso la mensa delia Parola Divina e presso la mensa del Pane dei Signore.

Oggi, a questa solenne assemblea eucaristica partecipa, in modo particolare, tutta la Chiesa di Terni, Narni ed Amelia.

Desidero salutare cordialmente questa Chiesa corne la famiglia dei Popólo di Dio con il Vescovo che è il suo pastore, con tutto il presbiterio. Saluto i membri dei Capitoli, gli Educatori dei Seminario, i Parroci ed i loro Collaboratori. Saluto altresi i Religiosi e le Religiose degli Ordini e delle Congregazione che svolgono la loro opera nella zona, recando il loro prezioso con tributo alPedificazione del Popólo di Dio. Rivolgo un deferente pensiero alle Autorità civili, che hanno voluto onorare con la loro presenza questa nostra Celebrazione. Una parola di saluto voglio riservare alia rappresentanza delia parrocchia terremotata di Castelnuovo di Conza, con la quale i fedeli di questa Terra si sono lodevolmente legati in gemellaggio di solidarietà. Saluto ancora con particolare cordialità i laici impegnati nelPapostolato, specialmente quelli fra loro che hanno accettato di inserirsi attivamente nelle varie forme associative operanti a livello sia diocesano che parrocchiale. E saluto i giovani, che vedo qui presenti tanto numerosi : sappiano essi conservare il cuore sempre aperto ai valori annunciati nel Vangelo, impegnandosi a costruire su di essi un futuro più degno delPuomo. Un saluto, infine, a tutti i fedeli delle Comunità diocesane che, nel quotidiano adempimento dei loro compiti familiari e sociali, attestano davanti ai fratelli la saldezza delle loro convinzioni cristiane.

Le Chiese di Terni, Narni ed Amelia possono vantare antiche tradizioni di fede, suggellate dal sangue di Martiri illustri : Valentino,

Giovenale, Firmina sono nomi a voi ben noti, che evocano il ricordo di tempi difficili, nei quali Fadesione a Cristo non di rado comportava il sacrificio delia stessa vita. L'esempio di impávida fortezza, che i vostri santi Patroni vi hanno lasciato come patrimonio imperituro, sia, per ogni figlio di questa terra, costante incitamento a quella coraggiosa coerenza di vita, senza la quale non è possibile sentir si ed essere auténticamente cristiani. SulPesempio di quegli antichi cristiani che sono *morti per la fede,* sappiate voi, oggi, *vivere di fede!*

3. La lettura dei Vangelo secondo San Matteo ei invita a meditare su di un momento particolare delia vita di Giuseppe di Nazaret, un momento pieno di contenuto divino ed insieme di profonda verità umana. Leggiamo : ((Ecco come avvenne la nascita di Gesù Cristo : sua madre Maria, essendo promessa sposa di Giuseppe, prima che andassero a vivere insieme si trovó incinta per opera dello Spirito Santo».[1] Quando ascoltiamo queste parole, ci vengono in mente quelle altre ben note, che recitiamo quotidianamente, nella preghiera dei mattino, dei mezzogiorno e delia sera : ((L'Angelo del Signore recö Pannuncio a Maria ed Ella *conoepl per opera dello Spirito Santo)).*

Per opera dello Spirito Santo fu concepito il Figlio di Dio per diventare uomo : figlio di Maria. Questo f u il mistero dello Spirito Santo e di Maria. Il Mistero delia Vergine, che alle parole delia annunciazione rispóse : « Eccomi, sono la serva dei Signore, avvenga di me quello che hai detto)).[2]

E cosi è avvenuto : ((Il Verbo si fece carne e venne ad abitare in mezzo a noi)).[3] E soprattutto venne ad abitare nel seno delia Vergine che — rimanendo vergine — divento madre : « si trovó incinta per opera dello Spirito Santo)).[4]

Questo fu il mistero di Maria. Giuseppe non conosceva questo mistero. Non sapeva che in Colei di cui egli era sposo, anche se, in ottemperanza alia legge ebraica non P aveva ancora accolta sotto il suo tetto, si era compiuta quella *promessa delia Fede* fatta ad Abramo di cui paria nella seconda lettura di oggi San Paolo. Che cioè si era compiuta in lei, in Maria delia Stirpe di Davide, la profezia che un tempo il profeta Natán aveva rivolto a Davide. La profezia e la

[1] ***Mt* 1, 18.**
[2] ***Lc* 1, 38.**
[3] ***Gv* 1, 14.**
[4] ***Mt 1,* 18.**

promessa delia Fede, la cui realizzazione attendeva tutto il Popólo, Plsraele delia divina elezione, e tutta Pumanità.

Questo fu il mistero di Maria. Giuseppe non conosceva questo mistero. Non glielo pote va trasmettere Lei, perché era mistero superiore alle capacita delPintelletto umano ed alie possibilité delia lingua umana.. Non era possibile trasmetterlo con alcun mezzo umano. Si poteva *soltanto accettarlo da Dio* — e *credere.* Cosi come credette Maria.

Giuseppe non conosceva questo mistero e per questo internamente soff ri va moltissimo. Leggiamo : « Giuseppe suo sposo, che era giusto e non voleva ripudiarla, decise di licenziarla in segreto)).[5]

Ma venne una certa notte, quando anche Giuseppe *credette.* Fu rivolta a Lui la parola di Dio e divenne chiaro per Lui il mistero di Maria, delia sua Sposa e Coniuge. Egli credette che, ecco, in Lei si era compiuta la promessa delia fede fatta ad Abramo e la profezia che aveva udito il Re Davide. (Ambedue, Giuseppe e Maria, erano delia Stirpe di Davide).

« Giuseppe, figlio di Davide, non temere di prendere con te Maria, tua sposa, perché quel che è generato in lei viene dallo Spirito Santo. Essa partorirà un figlio e tu lo chiamerai Gesù : egli infatti salvere il suo popólo dai suoi peccati ».[6]

«Destatosi dal sonno — conclude PEvangelista — Giuseppe fece corne gli aveva ordinate P Angelo del Signore)).[7]

4. Noi, qui riuniti, sentiamo queste parole — e veneriamo Giuseppe uomo giusto. Giuseppe che ha amato più profondamente Maria> delia casa di Davide, perché ha accettato tutto il suo mistero. Veneriamo Giuseppe, in cui si è rispecchiata più plenamente che non in tutti i padri terreni *la Paternité di Dio stesso.* Veneriamo Giuseppe che al Verbo Eterno ha costruito la casa familiare in terra — cosí come Maria Gli ha dato il corpo umano. « Il Verbo si fece carne e venne ad abitare in mezzo a noi ».[8]

Da questo grande mistero delia fede dirigiamo i nostri pensieri alle nostre case, a tante coppie e famiglie. Giuseppe di Nazaret è una particolare rivelazione *delia dignità delia paternità umana!* Giuseppe di Nazaret, il carpentiere, Puomo dei lavoro. Pensate a cic- voi, proprio

[5] ***Mt* 1, 19.**
[6] ***Mt* 1, 20-21.**
[7] ***Mt* 1, 24.**
[8] ***Gv* 1, 14.**

voi, uomini dei lavoro di Terni, di Narni, di Amelia e di tutta 1'Italia e di tutta 1'Europa e di tutto il mondo. Sulla dignità delia paternità umana — sulla responsabilità delPuomo, marito e padre, cosi come pure sui suo lavoro — poggia la famiglia. Giuseppe di Nazaret ce ne dà testimonianza.

Le parole che Dio dirige a Lui : « Giuseppe, figlio di Davide, non temere di prendere con te Maria, tua sposa»[9] non sono forse rivolte a ciascuno di voi? Cari Fratelli, mariti e padri di famiglia! «Non temere di prendere ... ». *Non abbandonare!* È stato detto alPinizio : « Per questo Puomo abbandonerà suo padre e sua madre e si unira a sua moglie ».[10] E Cristo aggiunge : « L'uomo dunque non separi ció che Dio ha congiunto ».[11] La compattezza delia famiglia, la sua stabilité è uno dei *beni fundamentali delVuomo e delia società.* Alla base delia compattezza delia famiglia vi è P indissolubilité del matrimonio — se Puomo, se la società cercano le vie che privano il matrimonio delia sua compattezza e delia sua stabilité, allora recidono quasi la radice stessa delia sua salute, si privano di uno dei beni fondamentali, sui quali è costruita la vita umana.

Fratelli cari ! Quella voce, che ha sentito Giuseppe di Nazaret in quella notte decisiva delia sua vita, giunga a voi sempre, in particolare quando incombe il pericolo delia distruzione delia famiglia. « Non abbandonare » ! Comportatevi cosi come ha fatto quelPUomo giusto.

5. Giuseppe, figlio di Davide, non temere di prendere con te Maria e quel che è generato in lei.[12] Cosi dice Dio-Padre alPuomo, col quale, in un certo modo, ha condiviso la sua paternità. Dio, cari Fratelli, condivide in un certo senso la sua paternità con ciascuno di voi. Non nel modo misterioso e soprannaturale, in cui lo fece con Giuseppe di Nazaret... E tuttavia ogni paternità sulla terra, ogni paternità umaña da Lui prende il suo inizio, e in Lui trova il suo modello. La vostra paternità umana, cari Fratelli, si collega sempre con la maternità. E quel che è concepito nel seno delia donna-madre unisce voi sposi, marito e moglie, con un particolare légame che Dio-Creatore delPuomo ha benedetto sin « dal principio ». Questo è il vincolo *delia paternità*

[9] *Mt 1,* 20.
[10] *On* 2, 24.
[11] *Me* 10, 9.
[12] Cfr. *Mt* 1, 20.

e delia maternità, che si forma dal momento in cui Puomo, il marito, trova nella maternità delia donna Pespressione e la conferma delia sua paternità umana.

La paternità è responsabilità per la vita : per la vita prima concepita nel seno delia donna, poi data alia luce, perché si riveli in essa un nuovo uomo, che è sangue del vostro sangue e carne delia vostra carne. Dio che dice : « non abbandonare la donna, tua sposa », dice contemporáneamente : ((*accogli la vita eoncepita in essa* » ! Cosi come lo disse a Giuseppe di Nazaret, benché Giuseppe non fosse il padre carnale di Colui, che fu concepito per opera dello Spirito Santo in Maria Vergine.

Dio dice a ogni uomo : « accogli la vita eoncepita per tua opera ! Non permetterti di sopprimerla ! ». Dio dice cosi con la voce dei suoi comandamenti, con la voce delia Chiesa. Ma Egli dice cosi soprattutto con *la voce delia coscienza.* La voce delia coscienza umana. Questa voce è univoca, nonostante quanto si faccia per impedirne Pascolto e per soffocarla, cioè perché Puomo non ascolti e la donna non ascolti questa voce semplice e chiara delia coscienza.

Gli nomini dei lavoro, gli uomini dei lavoro duro *conoscono* questa voce semplice delia coscienza. Ció che essi sentono nel modo più profondo è appunto quel légame che unisce il lavoro e la famiglia. Il lavoro è per Puomo (e non viceversa), — e proprio la famiglia e prima di tutto la famiglia è *il luogo specifico delVuomo.* È P ambiente in cui egli viene concepito, nasce e matura; Pambiente per il quale egli assume la responsabilità più seria, nel quale egli si realizza quotidianamente; Pambiente delia sua felicita terrena e dell'umana speranza. E percio oggi, nel giorno di San Giuseppe, conoscendo i cuori degli uomini dei lavoro, la loro onestà e responsabilità, esprimo la convinzione che appunto essi assicureranno e consolideranno questi due beni fondamentali delPuomo e delia società: *la compattezza delia famiglia e il rispetto delia vita* concepita sotto il cuore delia madre.

6. ((Beato chi abita la tua casa, Signore».[13]

": Vi auguro, cari Fratelli e Sorelle, la felicita. Vi auguro quella felicita che scaturisce dalla coscienza pura. Vi auguro quella felicita che offre il focolare domestico. *Dalla casa nazaretana* di Giuseppe, di

[13] **Cfr. *Sal* 83 (84), 5.**

Maria, di Gesù, da quel modesto banco di lavoro, unito con essa, traccio nel pensiero e nel cuore quasi una linea continua fino a questi moderni cantieri dei lavoro industríale, presso i quali voi fatieate — e la conduco più avanti : fino *alle vostre case, alle vostre famiglie.* Regni in esse la felicita che proviene da Dio. Sia essa più forte di tutte le prove delia vita, di cui non è mai privo Puomo sulla terra. E soprattutto che nelle vostre case, nelle vostre famiglie maturi Piorno secondo la *misura* propria *delia sua dignità.*

Delia dignità che gli ha dato Gesù di Nazaret... Gesù del quale la gente parla va come del « figlio del carpen tiere ».[14] Mentre Egli era delia stessa sostanza del Padre, il Figlio di Dio che si è incarnato ed è nato come uomo dalla Vergine María per opera dello Spirito Santo.

E cresceva a Nazaret al flanco di Giuseppe. Sotto il suo occhio vigile e premuroso.

ALLOCUTIONES

I

Ad Exc.mum Virum Kim Joa Soo, Coreanae Rei publicae apud Sanctam Sedem constitutum Legatum, qui Summo Pontifici Litteras concrediti muneris fidem facientes tradidit.*

Mr Ambassador,

It is a pleasure for me to receive you today as Ambassador of the Republic of Korea and to accept the Letters of Credence from His Excellency Chun Doo Hwan. I would ask you to convey to him my good wishes for his person and for his recently inaugurated mission as President.

Korea is one of the countries that I was unable to visit in the course of my pastoral journey to Eastern Asia last month. The journey thus did not give me the opportunity to show my deep esteem and affection for the Korean people, but I am happy to have, so soon afterwards, this occasion to give expression to my warm sentiments in their regard.

In the past, your people showed strength of character in maintaining their identity and culture in the face of adverse circumstances. In spite

[14] *Mt* 13, 55.

* Die 7 m. Martii a. 1981.

12. In this country, one could not fail to evoke the great spiritual and religious traditions of Asia, traditions that have so enriched the worldwide heritage of man. Nor could one fail to wish for *closer dialogue and effective collaboration* between all those who believe in man's spiritual calling, his search for the Absolute, for justice, for fraternity, and, as we express it in our own faith, his thirst for redemption and immortality. Rational science and man's religious knowledge need to be linked together. You who devote yourselves to the sciences, are you not invited to study the link which must be established between scientific and technological knowledge and man's moral knowledge? Knowledge and virtue were cultivated together by the ancients, in the East as well as in the West. Even today, I know well, many scholars, even though they do not all profess one particular religion, are searching for an integration between their science and their desire to serve the whole man. Through their intellectual honesty, their quest for what is true, their self-discipline as scholars, and through their objectivity and respect before the mysteries of the universe, these people make up a great spiritual family. All those who generously dedicate their knowledge to the progress of the people and all those who have faith in man's spiritual calling are invited to a common task : to constitute a *real science of the total advancement of man.*

13. In a word, I believe that our generation is faced by a great moral challenge, one which consists in harmonizing the values of science with the values of conscience. Speaking to UNESCO on June 2, 1980, I made an appeal that I put before you again today : "A conviction, which is at the same time a *moral imperative,* forces itself upon anyone who has become aware of the situation ... consciences must be mobilized ! *The efforts of human consciences* must be increased in proportion to the tension between good and evil to which people at the end of the twentieth

century are subjected. We must convince ourselves of the priority of ethics over technology, of the primacy of the person over things, of the superiority of the spirit over matter.[4] The cause of man will be served if science forms an alliance with conscience. The man of science will really help humanity if he keeps 'the sense of man's transcendence over the world and of God's transcendence over man'[5]".

Ladies and gentlemen, it is for you to take up this noble challenge.

[4] Cf. *Redemptor Hominis,* .16.

[5] Speech to the Pontifical Academy of Sciences, 10 November 1979, no. 4.

ACTA SS. CONGREGATIONUM
ACTA SS.

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

Latis decretis a Sacra Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit. Videlicet :

die 26 Ianuarii 1981. — Cathedrali Ecclesiae Dunkeldensi R. D. Vincentium Logan, e clero archidioecesis S. Andreae et Edimburgensis.

die 31 Ianuarii. — Metropolitanae Ecclesiae Parisiensi Exc.mum P. D. Ioannem Mariam Lustiger, hactenus Episcopum Aurelianensem.

die 24 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Trevirensi Exc.mum P. D. Hermannum Iosephum Spital, hactenus Episcopum titularem Abbiritanum Germanicianorum.

die 7 Martii. — Metropolitanae Ecclesiae Conchensi in Aequatore Exc.mum P.D. Albertum Luna Tobar, hactenus Episcopum titularem Mullitanum et Auxiliarem Em.mi P.D. Pauli S.R.E. Cardinalis Muñoz Vega, Archiepiscopi Quitensis.

die 20 Martii. — Metropolitanae Ecclesiae Quebecensi Exc.mum Ludovicum Albertum Vachon, hactenus Episcopum tit. Mesarfeltensem.

die 27 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Kielcensi R. D. Stanislaum Szymecki, e clero dioecesis Katovicensis.

— Cathedrali Ecclesiae Sandomirensi Exc.mum P. D. Eduardum Materski, hactenus Episcopum titularem Aquaesirensem.

die 4 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Candidae Casae R.D. Mauricium Taylor, e clero dioecesis Matrisfontis.

— Metropolitanae Ecclesiae Fodianae atque Cathedralibus Ecclesiis Bovinensi et Troianae Exc.mum P. D. Salvatorem De Giorgi, hactenus Episcopum Uritanum.

die 6 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Aquaesirensi R.D. Augustum Peters, parochum in oppido vulgo Krefeld, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Nicolai Heminerle, Episcopi Aquisgranensis.

die 9 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Apatzinganiensi R. P. Michaelem Patino Velazquez, sodalem Congregationis vulgo ((Misioneros de la Sagrada Familia».

die 13 Aprilis. — Coadiutorem c.i.s. Em.mi P.D. Iulii S.R.E. Cardinalis Rosales, Archiepiscopi Caebuani, Exc.mum P.D. Richardum Vidal, hactenus Archiepiscopum Lipensem.

— Metropolitanae Ecclesiae Lipensi Exc.mum P.D. Marianum Gavióla Garcés, hactenus Episcopum titularem Girbitanum et Vicarium Castrensem in Insulis Philippinis.

die llf Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Novagermaniensi R. D. Paulum Fridericum Wehrle, professorem in Universitate Catholica Eystettensi, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Ansgarii Saier, Archiepiscopi Friburgensis.

die 22 Aprilis. — Coadiutorem c.i.s. Exc.mi P. D. Laurentii Morin, Episcopi Princip. Albertensis, R. D. Blasium Morand, Vicarium Generalem dioecesis Saskatoonensis.

die 30 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Zallatensi R. D. Renatum Corti, Vicarium .Generalem archidioecesis Mediolanensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Caroli Mariae Martini, Archiepiscopi Mediolanensis.

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

i

TAURINEN.

Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Mariae Aloisiae Angelicae Clarae, Fundatricis Instituti Sororum a Caritate Sanctae Mariae.

SUPER DUBIO

An eius Causa introducenda sit.

In tot Sanctorum et Beatorum numerum, virorum et mulierum, qui superiore saeculo virtute et operibus Ecclesiae Metropolitanae Taurinensi honori ac lumini fuerunt, Famula Dei Maria Aloisia Angelica Clarae etiam ascribenda est, Sororum a Caritate Sanctae Mariae fun-

datrix, ad quam accommodatur haec regula evangelica : « Ex fructibus eorum cognoscetis eos » *(Mt* 7, 20). Fructus vitae religiosae et caritatis erga hominum societatem, qui iam saeculum amplius ex eius providis institutis capiuntur re probant quae Christus affirmat in sermone in monte habito: «Omnis arbor bona fructus bonos facit... Non potest arbor mala bonos fructus facere ... Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos)) *(Ibid.,* 7, 17.20).

Religiosa quam maxime industriosa et fortis, ab Archiepiscopo Taurinensi Laurentio Gastaldi Famula Dei describitur « mulier eximii ingenii et singularis navitatis » *(Summ, super Inst. Causae,* p. 394) in apostolicis inceptis.

Nata est Augustae Auscorum, quod caput est dioecesis Auxitanae, in Gallia, die 7 Aprilis anno 1817, e Godefrido Clarae et Ursula Casez, optimis christianis, coniunctis cum divitibus eius urbis familiis. In baptismo, festinanter ministrato, nomina ei indita sunt Mariae Aloisiae Angelicae. Sancta primum de altari litavit anno 1830, apud Sorores Ursulinas patrii oppidi, quibus parentes eam commiserant educandam.

Cognitis postea Sororibus a Caritate Sancti Vincentii a Paulo, quae Augustae Auscorum operas habebant, vehementer allecta est ad amplectendum earum ministerium in pauperes et egenos; et anno 1841, viginti quattuor annos nata, parentibus consentientibus, earum Institutum est ingressa, ceteris vitam suam dedere animo proponens.

Habitum religionis induit anno 1842 et prima annua vota est professa die 21 mensis Novembris anno 1846.

Cum cuperet ad missiones se conferre, anno 1848 missa est in Africam tresque annos impigre egit inter Mahometanos Algeriae. Valetudinis incommoda effecerunt ut Lutetiam Parisiorum rediret, ubi tamen ad breve tempus mansit; nam duobus post annis Superiores eam domibus assignarunt, quas Augustae Taurinorum in Pedemontio Institutum habebat. Ibi iamdudum Patres Congregationis Missionis sedem ac domicilium collocaverant ; quibuscum ei, dum in Italia suo est iuncta mandato, et usus et controversiae fuerunt.

Ab anno 1853 Famula Dei, quae tum septimum et tricesimum annum agebat, usque ad mortem, per longum triginta quattuor annorum temporis spatium, sui apostolatus campum praecipuum habuit metropolim Pedemontanam. Continuo creata Antistita unius ex Operibus illic fundatis, huius curavit progressum et sortem. Anno 1862, suadente Sancto Ioanne Bosco, cui curae erat ut iuvenes et puellae urbis recuperarentur, Soror Clarae ampla instituit Opera ad bonum societatis

fovendum in novo Taurinensi vico ; in quibus asylum pro infantibus, discendi ludum et oratorium pro iuvenibus populi et etiam ecclesiam pro fidelibus. Sincero apostolico studio Serva Dei incensa, communi consilio cum Praeposita Parisiensi et cum Servo Dei Marco Antonio Durando, tunc Visitatore Operum Sancti Vincentii a Paulo Augustae Taurinorum et in Pedemontio exstantium, in his omnibus coeptibus agebat, ad quorum bonum exitum magnas impendebat pecunias, quas e Gallia ipsa recipiebat.

Sed ubi Serva Dei voluit per testamentum firmitatem et diuturnitatem et liberam condicionem suorum caritatis Operum in tuto collocare, ob causas ad administrationem rerum domesticarum pertinentes simultas ei intercessit cum Superioribus, qui diversa consilia et inibant et declarabant. Hinc anno 1871, vacante sede archiepiscopali Taurinensi, Sanctus Ioannes Bosco ei persuasit ut Episcopum Aloisium Moreno, Eporediensem, adiret, utpote ex Praelatis regionis iure vetustatis primum. Eo consilium dan te Famula Dei Filias a Caritate reliquit et contra ac antea proposuerat novum Institutum Sororum a Caritate Sanctae Mariae condidit, in quo cum primigenia Sancti Vincentii a Paulo ratione confusa est ratio caritatis institutoriae pro iuventute.

Quamvis in non communia impedimenta et difficultates incurreret, quae eius constantiam, humilitatem, patientiam et ardentem animarum amorem exercuerunt, Serva Dei subsidia et auctus in aliis Italiae partibus quaerendo potuit Institutum suum constituere et stabilire, quod eius morti superfuit. Haec autem contigit in oppido Monte Calerio, apud Augustam Taurinorum, die 13 Iunii, anno 1887, postquam consuetam iaculatoriam precem iteravit: ((Deus amoris mei, quando me ad tuum caeleste habitaculum vocabis? ».

Fama sanctitatis qua vivens Serva Dei ob sua opera et constans atque eximium virtutum exercitium est ornata, post eius mortem crevit apud eius filias spirituales, apud illos qui ab ea beneficiis affecti sunt et apud admiratores, visaque est favoribus et gratiis probari eius efficaci intercessioni tributis.

Super eadem autem sanctimoniae fama instructus est in Curia archiepiscopali Taurinensi, annis 1948-1953, Processus ordinaria auctoritate; itemque super scriptis Servae Dei tributis facta est canonica inquisitio. Qui Processus Eomam rite sunt transmissi. Interim ad Summum Pontificem litteras miserunt Patres Cardinales, sacrorum Antistites ac Praelati, necnon civili auctoritate viri insignes, postulantes omnes

ut Causa beatificationis Servae Dei apud Sedem Apostolicam introduceretur.

Porro, scriptis Servae Dei perpensis, Decretum exiit die 30 mensis Ianuarii anno 1962, probante Ioanne Papa XXIII, quo edictum est ad ulteriora in Causa procedi posse.

Servatis itaque omnibus de iure servandis, instante Rev.mo Domino Aloisio Fiora, Societatis Salesianae sodali, huius Causae legitime constituto postulatore, Congressus habitus est Peculiaris S. Congregationis pro Causis Sanctorum, die 1 mensis Aprilis anno 1980 ; quem secuta est Congregatio Particularis Patrum Cardinalium, die 9 mense Decembri, eodem anno, in qua, ponente seu relatore Em.mo Cardinali Francisco Carpino, disceptatum est super dubio num Causa praedictae Servae Dei introducenda esset. Cui dubio omnes affirmativum dederunt responsum.

Facta postmodum, die 26 Ianuarii anno 1981, de praemissis omnibus per subscriptum Cardinalem Summo Pontifici Ioanni Paulo II fideli relatione, Sanctitas Sua responsum Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum ratum habuit et confirmavit, *Causam* videlicet *Servae Dei Mariae Aloisiae Angelicae Clarae esse introducendam.*

Datum Romae, die 26 Ianuarii A. D. 1981.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

L. © S.

S Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

II

ANDEGAVEN.

Canonizationis Beatae Ioannae Delanoue, Fundatricis Congregationis Sororum S. Annae a Providentia

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo, post indultam eidem Beatae ab Apostolica Sede venerationem, constet in casu et ad effectum de quo agitur.

Salmurii in Gallia, die 18 mense Iunio anno 1666 nata, Ioanna Delanoue, in misericordiae, caritatis et paenitentiae operibus exercendis omni studio incubuit; vere pauperum mater effecta, egenis atque aegrotis omni modo subveniebat puellasque ab omnibus derelictas

domi colligere coepit ad eas christianis moribus imbuendas. Plura deinde hospitia erexit, ut miseris quibuslibet sedulo prospiceret ac novum sacrarum virginum collegium instituit, quae Servae Pauperum a S. Anna et a Divina Providentia nuncupatae, nunc quoque in pluribus regionibus omnem impendunt curam ad caritatis munia in proximorum utilitatem explenda. Clara autem sanctitatis et prodigiorum fama circumdata, Ioanna Delanoue septuagenaria, die 17 Augusti anno 1736 obdormivit in Domino, eamque Pius Duodecimus, Pontifex Maximus, beatis virginibus die 9 Novembris anno 1947 sollemniter adiunxit.

Eodem autem die, quo sollemnis beatificatio Venerabilis Ioannae Delanoue in patriarchali Basilica Vaticana fuit celebrata, sanatio quaedam, intercedente ipsamet Venerabili Serva Dei, evenit, quaeque divino miraculo visa est tribuenda. Alias quoque gratias eadem deprecante, Deus concessit, quasi ostendens ampliore gloria se velle Famulam suam honestare. Quapropter per Sacrae tunc Rituum Congregationis decretum, probante Pio Papa Duodecimo, Causa canonizationis Beatae Ioannae Delanoue fuit resumpta die 7 mensis Ianuarii anno 1951.

Porro, Causae actores unam, pro nunc, Apostolicae Sedi exhibuerunt sanationem, quae miraculi notas praeseferre visa est, ad canonizationis honores eidem Beatae assequendos. Cuius mirae sanationis haec est compendiaría historia : dominus Augustus Gouraud, sexaginta annorum agrícola, Octobri mense anno 1947, chirurgicam sectionem hypertrophiae prostaticae, felici quidem exitu, subiit. Atvero, cum in eo esset ut valetudinarium relinqueret, improviso, vespere diei 5 Novembris acerbos persentiit ex dextero pede dolores ; tum infirmaría quaedam, adeo res erat clara, et deinde a curatione medicus diagnosim statim ediderant gravis flebitis. Remediis autem medicae artis incassum cedentibus, res in peius ruit nullaque humana affulgebat spes valetudinis recuperandae. Eapropter vespere diei 8 Novembris, religiosae infirmariae aegroto suaserunt ut, una cum ipsis, supernum patrocinium, apposita sacra reliquia Venerabilis Ioannae Delanoue super aegro pede, imploraret. Et ecce, orantes non fefellit spes. Etenim mane diei 9 Novembris, dominus Augustus Gouraud, ex placidissimo expergefactus somno, se omnino convaluisse persensit.

Praeter naturae vires hanc sanationem evenisse testes, medicus a curatione, periti duo *ex officio* necnon Sacri huius Dicasterii Medicum Collegium atque cuncta Sacra Congregatio pro Causis Sanctorum uno ore, servatis de iure servandis, affirmaverunt.

Super hac enim mira sanatione processus apostolica auctoritate in Curia episcopali Nannetensi anno 1951 adornatus est, de cuius iuridica forma et vi Decretum Sacrae Congregationis die 20 Maii anno 1977 exiit. Die vero 1 Februarii a. 1979 Medicum Consilium eiusdem Sacrae Congregationis, praehabitis duorum *ex officio* deputatorum peritorum votis affirmativis, eiusmodi sanationem praeter naturae vires accidisse asseruit.

Disceptatum est deinde circa eandem sanationem in suetis coetibus apud hanc Sacram Congregationem pro Causis Sanctorum, et quidem primum in Congressu Peculiari, qui vocatur, Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum die 24 Iunii anno 1980 habito, deinde in Congregatione Plenaria Patrum Cardinalium die 28 Octobris eodem anno, ponente seu relatore Rev.mo Cardinali Gabriele Maria Garrone. Tum in primo, tum in altero coetu ad dubium *an et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur,* responsum fuit affirmativum.

Facta demum de hisce omnibus die 4 Decembris eodem anno 1980 per infrascriptum Cardinalem Praefectum relatione Summo Pontifici Ioanni Paulo II, Sanctitas Sua responsum Patrum Cardinalium ratum habens, mandavit ut Decretum super eadem mira sanatione conscriberetur; facta quoque, si et quatenus opus sit, dispensatione super canone 2138, § 1 C.I.C., circa tempus quo mira sanatio superius relata evenerit.

Quod cum rite factum esset, Beatissime Pater, accitis hodierno die ad Se Cardinalibus infrascripto Praefecto atque Gabriele Maria Garrone, Causae ponente seu relatore, meque Antistite a Secretis Sacrae huius Congregationis, ceterisque de more convocandis, eisque astantibus edixit : *Constare de uno miraculo, Beata Ioanna Delanoue intercedente, a Deo patrato, nimirum de instantánea, perfecta et constanti sanatione domini Augusti Gouraud a gravi trombopMebitide postoperatoria inferioris artus dextri, cum statu saeptico.*

Hoc autem Decretum in vulgus edi et in acta Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 31 Ianuarii A. D. 1981.

P**ETRUS** Card. P**ALAZZINI,** *Praefectus*

L. 83 S.

& Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

ni

DERTOSEN.

Canonizationis Beatae Mariae Rosae Molas Vallvé, Fundatricis Congregationis Dominae Nostrae a Consolatione (1815-1876).

SUPER DUBIO

An eius Causa resumenda sit.

Venerabilem Servam Dei Mariam Rosam Molas Vallvé, virtutibus et miraculis claram, Paulus Papa VI, servatis de iure servandis, in Beatorum caelitum album die 8 mensis Maii anno 1977 rettulit.

Porro, ex quo Beatorum honoribus sollemni ritu in Patriarchali Basilica Vaticana cumulata fuit, eius sanctitatis famam in dies crescentem Deus adhuc comprobare visus est supernis gratiis et signis, eadem, ut fertur, intercedente concessis. Quamobrem plures Patres Cardinales, Archiepiscopi et Episcopi, ex Hispania praesertim et America Latina, Romanum Pontificem enixe sunt adprecati ut eiusdem Beatae canonizationis Causa resumeretur.

Instante igitur Rev.mo Domino Petro Altabella, Canonico Basilicae Vaticanae, huius Causae actuoso Postulatore, habitus est, die 13 Februarii anno 1981, Congressus Ordinarius S. Congregationis pro Causis Sanctorum, in quo disceptatum est super dubio : *An resumenda sit Causa canonizationis, in casu et ad effectum de quo agitur.* Et Cardinalis Praefectus una cum Officialibus Praelatis, omnibus mature perpensis, affirmando responderunt de resumenda Causa, si id Summo Pontifici placuisset.

Quibus de rebus facta subscripto die Ioanni Paulo Papae II per infrascriptum Cardinalem relatione, Sanctitas Sua responsum S. Congregationis pro Causis Sanctorum ratum habuit et confirmavit, *Causam* scilicet *canonizationis Beatae Mariae Rosae Molas Vallvé, Fundatricis Sororum Dominae Nostrae a Consolatione, esse resumendam.*

Datum Romae, die 6 Martii A. D. 1981.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

L. & S.

83 Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza:

Sabato, 2 Maggio 1981, Alexander Haig, Jr., Segretario di Stato degli Stati Uniti d'America.

Lunedi, 4 Maggio 1981, S. E. il Signor André Gonsalves Pereira, Ministro degli Affari Esteri del Portogallo.

Venerdi 8 Maggio 1981, r On; Mark MacGuigan, Ministro degli Esteri del Canada.

Lunedi, 4 Maggio 1981, nel Palazzo Apostolico Vaticano, alla presenza del Santo Padre, si è riunita la Sacra Congregazione per le Cause dei Santi.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Breve Apostolico il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

9 maggio 1981. S. E. Mons. Agostino Cacciavillan, Arcivescovo tit. di Amiterno, *Pro-Nunzio Apostolico in India.*

Con Biglietti delia Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

1 aprile 1981. Ing. Massimo Stoppa, *Direttore Generale dei Servizi Tecnici dello Stato delia Città del Vaticano.*

3 » » Mons. William J. McCormack, Direttore Nazionale delle Pontificie Opere Missionarie negli Stati Uniti d'America, *Membro aggiunto delia Sacra Congregazione per V Evangelizzazione dei Popoli.*

27 » » Mons. Antonio Petti, *Promotore Generale delia Fede presso la Sacra Congregazione per le Cause dei Santi.*

30 » » P. Gaetano Stano, O.F.M. Conv., *Consultore delia Sacra Congregazione per le Cause dei Santi.*

5 maggio » Mons. Rosario Colantonio e il Sac. Franco Santangelo, *Giudici dei Tribunale regionale del Lazio.*

Protonotari Apostolici soprannumerari :

27	gennaio	1981.	Mons. Giuseppe Caiazza (Cava de' Tirreni).
	febbraio	»	Mons. Francis A. Allen (Little Rock).
24	marzo	»	Mons. José Salazar Botero (Medellín).

Prelati d'Onore di Sua Santità:

15	aprile	1980.	Mons. Jean Baptiste Caya (Nicolet).
»	»	»	Mons. Peter Gerard Dunphy (Winnipeg).
12	giugno	»	Mons. Blaise Morand (Saskatoon).
31	ottobre		Mons. Kevin Patrick Ellis (Melbourne).
11	novembre		Mons. Pablo Aguilar (Caceres).
»	»		Mons. Alberto N. Nero (Caceres).
30	dicembre	»	Mons. Donald Bernard McDougald (Alexandria-Cornwall)
»			Mons. Aimée A. Leduc (Alexandria-Cornwall).
»		»	Mons. Bernard Guindon (Alexandria-Cornwall).
»	»		Mons. Rudolph Villeneuve (Alexandria-Cornwall).
27	gennaio	1981.	Mons. Heinrich Schneider (Freiburg im Breisgau).
4	febbraio		Mons. Martin Luley (Mainz).
14	»	»	Mons. Georges Ancel (Paris).
3	marzo	»	Mons. Matthew Daly Dubee (Montréal).
»			Mons. Joseph Breen Kussel Whitton (Montréal).
	»		Mons. Robert Comtois (Montréal).
10		»	Mons. Giuseppe Baldanza (Cefalù).
			Mons. Giuseppe Benácek (Olomouc).
»			Mons. Tommaso Giussani (Milano).
13	»	»	Mons. Franz Vogl (Bamberg).
10	aprile		Mons. Ivan Dias (Bombay).
»	»		Mons. Luigi Robles Diaz (Autlán).
	»		Mons. Manuel Monteiro De Castro (Braga).

Gappellani di Sua Santità:

2T	gennaio	1981.	Il sac. Hubert Seemann (Freiburg im Breisgau).
16	febbraio		Il sac. Joachim Justus (Osnabrück).
»	»		Il sac. Heinrich Haunert (Osnabrück).
		»	Il sac. Wilhelm Averbeck (Osnabrück).
17		»	Il sac. Alfiero Pecchioli (Pistoia).
»	»		Il sac. Feiice Cambriani (Camerino).
18			Il sac. Pietro Fanciulli (Sovana-Pitigliano).
24	»		Il sac. Boleslao Zabhidowski (Vilna).
10	aprile		Il sac. Roland Minnerath (Strasbourg).
»			Il sac. Giacomo Ottonello (Acqui).
»	»		Il sac. Michael Courtney (Clonfert).
	»		Il sac. Mario Zenari (Verona).

ONORIFICENZE

Oon Biglietti delia Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha conferito :

La Gommenda con Placea delVOrdine di san Gregorio Magno, classe civile:

24 gennaio 1981. Al sig. Jürgen Meyer-Wilmes (Berlin).
26 marzo » Al sig. Rndolf Jestaedt *(Repubblica Federale Tedesca).*
24 aprile » Al sig. Alberto Eduardo Ham *(Argentina).*

Gommenda delVOrdine di san Gregorio Magno, classe civile.

14 gennaio 1981. Al sig. Georg Bentz (Columbus).
24 » » Al sig. Roland Bader (Berlin).
» » » Al sig. Paul Corazolla (Berlin).
» » » Al sig. Victor Elbern (Berlin).
» » » Al sig. Jakob Kraetzer (Berlin).
27 » » AI sig. Eugene G. Goundrey (Norwich).
30 » » AI sig. Giuseppe Vassallo (Albenga-Imperia).
» » » AI sig. Giorgio Verda (Albenga-Imperia).
6 febbraio » AI sig. Javier Serra (Genève).
» » » Al sig. Pierre Alphonse Pillet (Genève).
14 » » Al sig. Giovanni Michelucci (Pistoia).
21 marzo » AI sig. Leone Castelli (Roma).

II Gavalierato delVOrdine di san Gregorio Magno, classe civile.

10 gennaio 1981. Al sig. Jakub Sobieski (Mechelen-Brussel).
27 » Al sig. James J. Button (Norwich).
4 febbraio » Al sig. Paul Durand (Montpellier).
9 » Al sig. Xavier Cebron de Lisle (Nantes).
17 » Al sig. Faustino Milesi (Brescia).
24 » Al sig. Athanasius Treweek (Sydney).
9 marzo » Al sig. Alexander Good (Sankt Gallen).
21 » Al sig. Jacques Fouchier (Poitiers).

La Gommenda delVOrdine di san Silvestro Papa.

17 gennaio 1981. AI sig. Joseph Van Bijke vorsei (Anvers)
24 » » AI sig. Johannes Schroller (Berlin).
» AI sig. Josef Dempe (Berlin).
» » » AI sig. Kurt Samuel (Berlin).
» » » AI sig. Johannes Ulbig (Berlin).
24 febbraio » AI sig. Elvezio Santarelli (Albano).
10 marzo » AI sig. Luigi Todero (Roma).

Il Cavalierato delV Ordine di san Silv.eströ Papa:

17	gennaio	1981.	Al sig. Antonio Pezzuto (Bisceglie).
»		»	Al sig. Jean-Marie Wingermez (Tournai).
24		»	Al sig. Helmut Landrock (Berlin).
		»	Al sig. Norbert Sander (Berlin).
»	»		Al sig. Hubert Vogt (Berlin).
14	febbraio	»	Al sig. Tommaso Morini (Faenza).
»		»	Al sig. Giulio Argnani (Faenza).
16	»	»	Al sig. Romeo Rotelli Manfredi (Civitavecchia-Tarquinia)
17		»	Al sig. Hans Schnyder (Basilea).
18			Al sig. Frans Vos (Anvers).
»	»	»	Al sig. Giacomo Giovani (Sovana-Pitigliano).
24	marzo	»	Al sig. Celido Bernini (Siena).
»	»	»	Al sig. Giorgio Baglioni (Roma).
11	aprile		Al sig. Mario Mancini (Roma).

NECROLOGIO

.1	maggio	1981.	Mons. Manuel Llopis Ivorra, Vescovo già di Ooria-Oáceres *(Spagna).*
3	»	»	Mons. Eugene Joseph Butler, O.S.Sp., Vescovo già di Mombasa *(Kenya).*
17	»	»	Mons. Theodor Lumanauw, Arcivescovo di Ujung Pandang *(Indonesia).*
18	»	»	Mons. James S. Rausch, Vescovo di Phoenix *(Statt Uniti d'America).*
24	»	»	Mons. Climêrio Almeida de Andrade, Vescovo di Vitoria da Conquista *(Brasile).*
25	»	»	Mons. Neemeh Simaan, Vescovo tit. di Termesso.
28	»	»	Card. Stefan Wyszyñski, del Titolo di S. Maria in Trastevere, Arcivescovo di Gniezno e di Warszawa *(Polonia).*
31	»	»	Mons. Flaviano Ariola, Vescovo già di Legazpi *(Filippine).*

An. et vol. LXXIII 1 Iulii 1981 N. 6

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Librería Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

LITTERAE APOSTOLICAE MOTU PROPRIO DATAE

Pontificium Consilium pro Familia constituitur.

IOANNES PAULUS PP. II

1. FAMILIA A DEO INSTITUTA ut prima esset hominum societatis vitalisque cellula, per Christum Redemptorem, qui in Nazarethana familia nasci dignatus est, adeo sublata est ut matrimonium, intima videlicet amoris coniugalis vitaeque communitas, ex qua familia procedit, ad dignitatem evectum sit sacramenti, quo mysticum Ipsius amoris foedus cum Ecclesia efficaciter significaretur (cfr. *Gaudium et Spes,* 48).

Quod cum ita constaret, Concilium Oecumenicum Vaticanum II familiam veluti «ecclesiam domesticam» definivit *(Lumen Gentium,* 11; cfr. etiam *Apostolicam Actuositatem,* 11), quo docendo demonstravit ad quas peculiares partes familia destinata esset in toto salutis consilio explendas, qua igitur obligatione omnes familiae participes tenerentur ad exsequendum pro sua quisque missione triplex illud munus, profeticum, sacerdotale et regale, a Christo Ecclesiae creditum.

2. Mirandum igitur non est quod Ecclesia, de familia eiusque quaestionibus, evolvente tempore, semper sollicita, percrebrescentibus hodie cum mediis, quibus familia promoveri potest, tum vero periculis omne genus quibus illa subicitur, ad eam intentiore cura oculos convertat.

Cuius apostolicae sollicitudinis documentum est opus a magno De-

cessore Nostro felicis memoriae Paulo Sexto susceptum qui die undecimo Ianuarii mensis anno MCMLXXIII decrevit peculiare « Consilium de Familia» instituere, cuius nempe esset pastorali cum aestimatione seu visione expendere spiritales morales sociales familiae quaestiones. Illud quidem conceptum erat tamquam institutum studiorum ac pastoralium pervestigationum inserviens operi munerique Ecclesiae ac nominatim Sanctae Sedis. Litteris autem Motu Proprio datis «Apostolatus peragendi » statutum est ut idem « Consilium de Familia », propriis compage officiisque plane servatis, inniteretur ipsi «Pontificio Consilio pro Laicis ».

3. Attenta autem deliberatio horum usus annorum, maxime vero necessitas diuturnam exspectationem populi christiani aptius explendi, sic ut Episcopi universi orbis terrarum cognoverant atque in recenti Synodo Episcoporum, quae de familia fuit, prodiderunt, eo profecto induxerunt, ut Consilio seu coetui de Familia novam faciem darent, propriamque quasi structuram conecterent, ut quaestionibus et difficultatibus, quibus familia hodie afficitur et affligitur, remedia compararentur, nempe quod ad curam pastoralem attinet adhibendam, actionemque apostolicam huius provinciae, sane praecipuae, humani consortii.

Qua re, omnibus perpensis sententiamque rogatis tum Venerabilibus Fratribus Nostris S.E.R. Cardinalibus in peculiari conventu, mense Novembri habito, anno MDCCCCLXXIX, tum Synodo Episcoporum nec non peritis, haec statuuntur :

— I. « Pontificium Consilium pro Familia » conditur, quod « Consilio de Familia » succedit eique sufficitur ; quare hoc iam ilico cessat.

— II. Consilio huic Purpuratus Pater praeerit, cui « Coetus Praesidialis » ex Episcopis constans variis de continentibus assistet una cum Viro a secretis eiusdem Pontificii Consilii pro Familia et cum Vice-Praeside Pontificii Consilii pro Laicis. Cardinalis Praeses a Secretario et a Subsecretario adiuvabitur.

Congruus Officialium numerus e diversis nationibus, iidemque de familia periti ac pastorali usu his in rebus praediti, muneribus in officiorum sede vacabunt.

— III. Consilii Pontificii membra seu sodales erunt laici viri mulieresque praesertim coniugati ex omnibus orbis terrarum partibus, distinctisque, ut dicuntur, areis et culturis. Hi ab uno Summo Pontifice

nominabuntur, atque in conventum plenarium semel saltem in anno convenient.

— IV. Pontificium Consilium utitur opera peritorum variis disciplinis, at praesertim quaestionibus ad familiam pertinentibus. Etiam sacerdotes et religiosi possunt in Consultoribus annumerari.

Hi omnes efficiunt Corpus Consultorum, cuius est consilia et vota promere de iis, quae a Praeside et a Membris proponuntur ; et possunt rogari sententiam sive singillatim sive communiter in congressionibus certis temporibus habendis.

— V. Munus : Pontificium Consilium pro Familia provehit curam pastoralem familiarum et apostolatum familiae proprium, ad effectum adducendo doctrinam et mentem Magisterii ecclesiastici, ut christianae familiae officium, quo tenentur, educandi, evangelizandi et apostolatum explicandi, perficiant.

Praecipue :

a) curat ut cum Episcopis, Conferentiis Episcopalibus eorumque Institutis pastorali familiari praepositis — iisdem in spiritu servitii opitulans eorumque propriam actionem observans — nuntios communicet atque experimentis cognita quaeque pastoralem familiarem possint dirigere et informare ;

b) Ecclesiae doctrinam de quaestionibus familiaribus curat divulgandam, ut haec possit ex toto cognosci et integra ad populum christianum proferri, tum in catechesi, tum in scientifica cognitione;

c) incepta pastoralia ad procreationem responsabilem secundum Ecclesiae enuntiata fovet et componit;

d) incitat ut studia conficiantur spiritualitatem matrimonialem et familiarem attingentia ;

e) stimulat et sustinet atque inter se labores conectit ad vitam hominis omni tempore omnino indeque a conceptione defendendam;

/) provehit studia, etiam per scientiarum Instituta (theologica et pastoralia) huiusmodi rei peritiora, quaeque et praecipuam dant operam et ad scientias theologicas et humanas in quaestionibus familiae propriis ita explendas tendunt, ut tota doctrina Ecclesiae cunctis hominibus bonae voluntatis pervia fiat eiusque intellectus profundior in dies evadat ;

g) curat relationes ad motus, qui, etsi aliis religionibus (diver-

sisque cogitandi rationibus) adhaerescunt, legem tamen naturae sanumque humanitatis cultum servant;

h) ius Pontificii Consilii pro Laicis observans cum eoque operam consocians, curat peculiarem institutionem laicorum, qui aut singillatim aut communiter familiae apostolatu destinentur; inspirat sustinet ordinat navitatem tum catholicarum consociationum familiarum, tam in nationibus ipsis quam inter nationes, tum variorum coetuum apostolatus laicorum, in praecipuis negotiis familiae propriis. Huius rei causa speciales habet relationes ad ipsum Pontificium Consilium pro Laicis, quocum permutat certis temporibus rerum notitias unde deliberationes proposita et incepta coniuncte agantur;

i) Dicasteria et Curiae Romanae Instituta adiuvat et ab iisdem adiutricem operam accipiet in negotiis ad eorum officium pertinentibus, quae aliquo modo vitam curamque pastoralem afficiunt familiarum, in iis potissimum quae pertinent ad catechesim familiae, ad theologicam de ipsa familia institutionem iuvenum in Seminariis et in Universitatibus catholicis, ad theologicam et pastoralem de iis quae sunt familiae propriis formationem atque educationem futurorum missionariorum et missionariarum necnon religiosorum ac religiosarum, ad operam Sanctae Sedis apud institutiones internationales cum auctoritate hac in re et apud singulas Civitates, quo magis usque familiae iura agnoscantur et defendantur ;

I) provehit — per Legationes pontificias — memoriarum conquisitionem de humana, sociali atque pastorali familiarum condicione in diversis regionibus.

— VI. Peculiaribus normis ad experimentum curabitur ut praesentes Litterae Motu Proprio datae ad praxim convertantur et, ratione habita eorum quae a Constitutione ((Regimini Ecclesiae Universae » et a « Curiae Romanae Generali Institutione» statuuntur, ut Pontificii Consilii pro Familia vita interna ordinetur.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die ix mensis Maii, anno MCMLXXXI, Pontificatus Nostri tertio.

IOANNES PAULUS PP. II

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

VIRIDARIENSIS

Quibusdam demptis e Corumbensi dioecesi in Brasilia locis ex integro nova conditur ibidem dioecesis Viridariensis posthac nuncupanda.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Spiritalibus necessitatibus usque augescentibus creditae sibi communitatis ecclesialis quo certius in posterum pleniusque prospiceretur, Venerabilis Frater Onuphrius Candidus Rosa Episcopus videlicet dioecesis Corumbensis in Brasilia, postquam rite quidem Conferentiam percontatus Episcopalem est eiusdem illius nationis, huic suasit Apostolicae Sedi ut deminutis ipsis dicionis suae finibus nova inde constitueretur iuris sui dioecesis. Quod praeterea providum omnino consilium cum ipsi Nos vidissemus usquequaque probari tum Venerabili Fratri Carmelo Rocco Archiepiscopo titulo Iustinianopolitano in Galatia et Apostolico in Brasilia Nuntio tum Venerabilibus Fratribus Nostris S.R.E. Cardinalibus negotiis Sacrae Congregationis pro Episcopis praesidentibus, decrevimus multis sane de iustisque causis obsequi fas esse propositae ita sententiae ac dioecesis novae effectioni. Quocirca Apostolicae potestatis Nostrae usi plenitudine harum Litterarum vi statuimus fierique ea iubemus quae infra nominatim describantur. A Corumbensi dioecesi integram segregandam censemus plagam ad quam secundum leges civiles ibidem vigentes municipia nunc ipsum pertinent vulgari sermone vocata : Jardim, Anastacio, Aquidauna, Bela Vista, Bonito, Caracol, Guia Loper da Laguna, Miranda, Nioaque et Porto Murtinho; quibus ex sic locis seiunctis dioecesim condimus posthac scilicet Viridariensem appellandam, eiusdem profecto limitibus circumscriptam quibus memorata modo municipia simul sumpta definiuntur. Novensilis autem huius dioecesis episcopalem sedem in urbe reponimus vulgo dicta «Jardim)) ubi templum Deo ad honorem Beatae Mariae Virginis Fatimensis consecratum attollimus ad gradum dignitatemque ecclesiae cathedralis, cui ipsi simulque Viridariensi Episcopo universa attribuimus insignia ac

privilegia honores et iura quibus aequaliter perfruuntur ceterae episcopales ecclesiae necnon earum Pastores ad iuris communis praecepta; officia vero et onera eodem tempore ei imponimus quibus ceteri pariter obstringuntur Episcopi simili munere fungentes. Illum insuper Episcopum novae dioecesis, quae iam nunc suffraganea creatur archidioecesis Campi Grandis, item metropolitis subicimus iuri Archiepiscopi pro tempore ipsi Campi Grandis. Ad haec insuper concedimus maiori honestati utilitatique communitatis Viridariensis consulere cupientes ut in ea cathedrale Capitulum instituatur ex consuetudine ea in regione obtinente ex regulis suo tempore aliud per decretum quae prodierint; quamdiu vero deerit canonicorum Capitulum dioecesi, pro illis congregetur dioecesanorum coetus Consultorum. Praecipimus dein ut novae dioecesis episcopalem mensam efficiant Curiae emolumenta necnon christifidelium stipes tum etiam aequa portio ei obveniens divisis Corumbensis dioecesis bonis, sicut fieri oportebit secundum canonem 1500 C.I.C. Ad tironum candidatorum ad sacerdotium quod attinet educationem et institutionem, volumus tam observari canones sacros iuris communis quam normas Decreti Concilii Vaticani Secundi «Optatam totius » et peculiares leges a Sacra Congregatione pro Institutione Catholica latas. Lectiores autem seminarii alumni Romam praemittantur philosophicis et theologicis perficiendi disciplinis necnon ipsi etiam sacerdotes studiorum complendorum gratia apud Pontificium Collegium Pium Brasiliense degentes. Cum primum Viridariensis ad effectum deducta erit dioecesis constitutio, eo ipso facto sacerdotes Ecclesiae illi habeantur adscripti in cuius finibus aut beneficium retinent aut officium ecclesiasticum ; reliqui vero clerici sacrorumque alumni sunto Ecclesiae eidem incardinati vel iam aliquando incardinentur in cuius finibus legitimum habent domicilium. Iubemus proinde ut singulorum actorum documenta, quae simul ad novam communitatem ecclesialem eiusve clerum aut fideles simul ad bona temporalia pertinent, ex Curia Corumbensi diligenter ad Viridariensem curiam deferantur ubi in tabulario deinde conficiendo adserventur. Quae tandem singillatim hic praestituimus, Venerabilis Frater Carmelus Rocco plene exsequitor, Archiepiscopus id est titulo Iustinianopolitanus in Galatia et in Brasilia Apostolicus Nuntius, quem ideo ad id deputamus consentaneisque instruimus facultatibus una cum potestate talis muneris concredendi alii in ecclesiastica dignitate viro constituto, dummodo alteruter, cum exarata fuerint actorum documenta, eorum curent certa veraque exempla sólito modo subscripta et sigillo munita ad Sacram Congregationem pro Epi-

scopis transvehenda. Has denique Litteras Apostolicas sub plumbo expeditas tam nunc quam postea ratas plane esse volumus, contrariis rebus quibusvis baudquam obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die tricesimo mensis Ianuarii anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo primo, Pontificatus Nostri tertio.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

. ffi SEBASTIANUS Card. BAGGIO
8. Congr. pro Episc. Praefectus

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*
Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Loco £8 Plumbi
In Secret. Status tab., n. 6132S.

II

GUARULIENSIS

Quadam plaga a dioecesi Crucismogiensi detracta nova conditur dioecesis nomine Guaruliensis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Plane intellegitur maximum studii conferendum esse ad ea confirmanda consilia inceptaque fovenda, in quae profecto ascribuntur congruae dioecesium divisiones novarumque constitutiones, quibus et pastoralis Episcoporum cura aptius in particularibus Ecclesiis exerceatur et « populi Dei saluti quam perfectissime fieri potest ministretur » (Chr. Dom., 22). Hac de causa Episcopus Crucismogiensis, consulta Conferentia Episcopali Brasiliensi, nuper non dubitavit Apostolicae huic Sedi proponere ut, quadam detracta portione Ecclesiae suae, nova illic conderetur dioecesis. Nunc igitur Nos, cum constet eidem optato assentiri Venerabilem Fratrem Carmelum Rocco, Archiepiscopum titulo Iustinianopolitanum in Galatia et in Brasilia Apostolicum Nuntium, idemque consilium probari Venerabilibus Fratribus Nostris S.R.E. Cardinalibus negotiis Sacrae Congregationis pro Episcopis praepositis, necnon in votis eorum esse quorum interest vel interesse censetur, de plenitudine potestatis Nostrae Apostolicae per has Litteras ea statuimus atque iu-

bemus quae sequuntur. A dioecesi Orucismogiensi omnia distrahimus loca, quibus constat municipium vulgo ((Guarulhos », ex iisque novam dioecesim Guaruliensem appellandam condimus iisdemque finibus circumscribimus talis municipii propriis, collocantes in urbe vulgo Guarulhos novae dioecesis episcopalem sedem, dum templum in honorem Conceptionis Immaculatae Beatae Mariae Virginis Deo dicatum ibi exstans Nos pro cathedrali templo, donec novum exstruatur, designamus, ita ut ad tempus iisdem fruatur privilegiis ac insignibus ceterorum eiusdem ordinis templorum. Item Episcopo pro tempore particularis Ecclesiae nunc constitutae tum iura honoresque tribuimus tum onera officiaque imponimus, quibus ceteri augentur et ligantur Episcopi eodem munere fungentes. Istum autem Episcopum, cuius quidem dioecesis suffraganea erit archidioecesi Sancti Pauli in Brasilia, huius ipsius Archiepiscopi metropolitico iuri subicimus. Instituendum etiam decernimus cathedrale Capitulum ad morem illic vigentem et ad normas quae suo tempore per aliud decretum edentur; at simul praescribimus ut interea pro Capituli Canonicis ibi Consultores dioecesani adsint secundum ius electi. Mandamus ut novae dioecesis mensa episcopalis constet emolumentis Curiae et stipibus fidelium iustaque portione sibi obventura e bonorum dioecesis Crucismogiensis divisione iuxta can. 1500 C.I.C. accuranda. In iis, quae ad aedificandum Seminarium dioecesanum aut ad sacerdotalem tironum educationem et institutionem attinent, tum sacri canones serventur iuris communis tum normae Decreti Concilii Vaticani II « Optatam totius » tum etiam quae sunt a Sacra Congregatione pro Institutione Catholica suo tempore editae. Iubemus praeterea ut selecti sacrorum alumni disciplinis philosophicis et theologicis instruendi ad Pontificium Collegium Pium Brasilianum mittantur in Urbe situm. Constitutione Guaruliensis dioecesis ita effecta, hoc de clero statuimus, ut idcirco sacerdotes adscripti eidem Ecclesiae censeantur, cuius intra fines ecclesiasticum habent officium vel beneficium ; ceteri vero clerici necnon Seminarii alumni ei addicantur Ecclesiae, in cuius circumscriptione legitimum habent domicilium. De regimine Ecclesiae hodie conditae, de administratione, de eligendo Vicario Capitulari sede vacante, deque aliis id genus, ea serventur quae sunt in iure canonico statuta. Mandamus denique ut actorum documenta, quae aut ad novam dioecesim eiusve clerum aut ad fideles aut etiam ad bona temporalia pertinent, a Curia Crucismogiensi ad Curiam Guaruliensem transmittantur, ut in tabulario ibi condendo religiose serventur. Quae hisce Litteris Nos decrevimus, ea exsequatur Venerabilis Frater Carmelus Boceo,

quem diximus, a Nobis deputatus debitisque instructus facultatibus una cum libertate talis officii subdelegandi alii viro in ecclesiastica dignitate constituto, salvo utcumque officio curandi ut, exaratis actorum documentis, certa veraque singulorum exempla ad Sacram Congregationem pro Episcopis celeriter mittantur. Has porro Apostolicas Litteras nunc et in posterum ratas esse volumus, contrariis quibuslibet haud obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die tricesimo mensis Ianuarii, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo primo, Pontificatus Nostri tertio.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

© **SEBASTIANUS** Card. **BAGGIO**
S. Congr. pro Episc. Praefectus

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*
Liborius Scaccia, *Proton. Apost.*

Loco £ß Plumbi
In Secret. Status tab., n. 6132.',.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Sinitur Episcopus Ipialensis Imaginem B.M.V, a Visitatione coronare, quae est in urbe Ancuya, in Columbia.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Tanta est Nostra erga beatissimam Virginem Mariam pietas et religio (est enim eadem Christi, Filii Dei adorandi mater; et patrona christianorum sollicita; et exemplar omnium virtutum in quod intueamur), ut non solum Ipsi hanc sanctissimam matrem devota mente veneremur, verum etiam ea omnia libentissime fieri sinamus, quae eius honori ac laudi cedere provideamus : quicquid enim matrem honorât, id in Filii gloriam redundat. Qua re, cum Venerabilis Frater Alonsus Arteaga Yepes, Episcopus Ipialensis, ab hac Apostolica Sede suo suorumque cleri ac populi nomine petierit, ut Beatae Virginis Mariae imaginem, quam populus «Nuestra Señora de la Visitación » cognominat in dioecesi Ipialensi, nomine atque auctoritate Nostra pretioso diademate redimiré posset, Nos, considerato

posse per hoc non solum templi nomen augeri, sed etiam, praesertim, cultum tantae matris intendi, pietatem filiorum accrescere, quam tot saecula in pectoribus aluerunt, aequo sane animo postulatis concedimus. Placet ergo Venerabilem Fratrem Episcopum Ipialensem, quo die velit, imaginem Beatae Mariae Virginis Dominae Nostrae a Visitatione, in urbe Ancuya veneratam, inter Missae sollemnia stato ritu ac caerimonia pretioso diademate redimiré, nomine scilicet atque auctoritate Nostra, contrariis nihil obstantibus. Quod faustum, felix fortunatumque sit sive Pastori, sive sacro eius gregi.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxix mensis Ianuarii, anno **MDCCCCLXXXI**, Pontificatus Nostri tertio.

A**UGUSTINUS** Card. O**ASAROLI,** *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco 83 **Sigilli**

In Secret. Status tab., n. 58470.

II

Cathedrale templum dioecesis Vestanae Beatissimae Virgini Mariae caelo receptae sacrum tollitur ad Basilicae Minoris gradum honoremque.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Quae sacra aedes praeclaro sub titulo Beatissimae Virginis Mariae caelo receptae exstat sublimis atque eminet media ipsa in urbe Vestana, longo iam saeculorum decursu non solum praesidia certa fidelibus porrexit ac refugia a fidei saepius hostibus verum praesentia etiam usque ad tempora tam solacium praebet marialis pietatis, quae continenter ibidem studioseque exercetur, quam sese ipsa praestat veluti totius illic vitae actionisque catholicae fontem et caput. Cum autem redintegratum nuperrime aedificium novo quodam renideret splendore simulacrumque ideo Virginis Merinensis «a Puritate» nuncupatae vel magis intus refulgeret, Venerabilis Frater Valentinus Vailati, Archiepiscopus Sipontinus ipseque Administrator perpetuus Vestanus, suas libenter fecit Capituli cathedralis omnisque communitatis Vestanae preces petivitque ab hac Apostolica Sede ut eadem historia et arte insignis aedes rite proveheretur ad Basilicae Minoris dignitatem. Nos itaque vicissim, plane confisi futurum esse ut auctus cathedralis illius templi honor simul permoveat Christifideles Vestanos acriorem ad sensum usumque constantiorem propriae fidei simul pro-

moveat florentem iam cultum erga Sanctissimam Dei Genetricem, obsecundamus exhibitae rogationi atque e Sacrae Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino sententia deque apostolicae potestatis Nostrae plenitudine constituimus harum litterarum virtute ut aedes sacra quam memoravimus Deo sacratam in honorem Beatae Mariae Virginis caelo receptae in dioecesi urbeque Vestana ad titulum ac dignitatem Basilicae Minoris tollatur, adiectis una iuribus et privilegiis universis quae templis hoc nomine decoratis iure conveniunt. Praecipimus insuper ut ea accurate serventur quae secundum Decretum « De titulo Basilicae Minoris » quod die vi mensis Iunii anno MCMLXVIII prodiit sunt omnino servanda. Contrariis quibusvis haudquaquam obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xn mensis Februarii anno MCMLXXXI, Pontificatus Nostri tertio.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco SB Sigilli

In Secret. Status tab., n. 58996.

III

Sanctus Ambrosius episcopus et Ecclesiae doctor confirmatur caelestis Patronus singularis apud terrenum Gallorum exercitum manipuli negotiis administrationis ipsius procurandis.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Quandoquidem usu iam diu intra Gallicum exercitum venerat ut singulae fere manus gravioribus sane cum muneribus singulos ab Ecclesiae Matre sortirentur caelites patronos quorum exemplis nimirum instituerentur precibusque coram Deo fusis valide sustineantur, idcirco recens conflato eiusdem exercitus ordine peculiari rebus administrandis placuit spiritalibus ibidem moderatoribus ut huic pariter magni ponderis cohorti suus sine mora destinaretur rite Patronus. Peropportuno itaque consilio Venerabilis Frater Gabriel Vanel, Episcopus titulo Rotensis necnon Vicarius Castrensis in Gallia, vota colligens simul sua simul sodalium ipsorum novi illius partitionis legitime approbavit Sanctum Ambrosium episcopum Mediolanensem ac Doctorem Ecclesiae veluti specialem eorum Patronum, quippe qui perdiligenti episcopalis officii curatione suo tempore eminuisset eximiaque gerendarum ubique causarum facultate praestitisset. Proinde

vero secundum liturgicas normas ab hac petivit Apostolica Sede ut idem edictum ac decretum lege sancire tur. Nos vicissim certo iam quasi providentes quot sint ex hac nominatione fluxura emolumenta spiritalia in omnes quorum intersit, de sententia Sacrae Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino harum Litterarum vi perpetuumque in modum Sanctum Ambrosium episcopum et Ecclesiae doctorem confirmamus ac renuntiamus caelestem Patronum singularis apud terrenum Gallorum exercitum manipuli negotiis administrationis ipsius procurandis, adiectis una universis honoribus congruisque liturgicis privilegiis. Contraris quibusvis haud obstantibus. Quae dum statuimus, volumus hasce ipsas Litteras religiose servari suosque effectus tam nunc quam in posterum habere tempus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xvin mensis Februarii anno Domini **MCMLXXXI** Pontificatus Nostri tertio.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco £8 Sigilli

In Secret. Status tal)., n. 58078.

HOMILIA

In Italico pago vulgo Sotto il Monte cognominato habita, I ineunte saeculo a nativitate Ioannis XXIII Summi Pontificis.*

Carissimi Fratelli e Figli!

1. «Abbiamo contemplato, o Dio, / le meraviglie del Tuo amore!».

Queste parole della Liturgia ben si addicono a questa ((Domenica in Albis)), in cui, commemorando il Centenario della nascita di Papa Giovanni XXIII nel suo stesso paese natale, contempliamo il meraviglioso dono che il Signore ci ha fatto con la sua vita e il suo insegnamento.

È con l'animo colmo di letizia e di commozione che mi trovo oggi, qui, a Sotto il Monte, per questa solenne e tanto significativa cerimonia, celebrata con voi, a cui porgo il mio affettuoso saluto.

Mi ha spinto qui il desiderio vivissimo di tributare al venerato mio Predecessore un onore ed una riconoscenza che Gli sono dovuti non solo dalla Chiesa, ma da tutti gli uomini, che hanno goduto della sua bontà e della sua saggezza.

*** Die 26 m. Aprilis a. 1981.**

Gran parte di voi, abitanti di Sotto il Monte e di Bergamo, ha conosciuto Papa Giovanni, l'ha visto, l'ha incontrato; ha parlato con Lui, ha sentito la sua voce calda, amorevole e suadente, sensibile ad ogni gioia e ad ogni umana sofferenza. Ed anch'io lo ricordo con viva commozione alla prima assise del Concilio Vaticano II e soprattutto all'incontro finale di essa, quando ci diede il saluto, che voleva essere un arrivederci, ed invece era l'ultimo addio.

E in modo particolare mi piace ricordare l'affetto che Papa Giovanni sempre sentì verso la mia Patria, la Polonia. Egli, il 17 settembre 1912, in occasione del Congresso Eucaristico di Vienna, visitò Cracovia e celebrò nella Cattedrale, all'altare della Croce miracolosa del Wavel, com'Egli amava ricordare con estrema esattezza di particolari; inoltre visitò molte volte il Santuario mariano di Jasna Gòra, scoprendo nei profondi sentimenti religiosi del mio popolo qualcosa di affine, che lo inteneriva e lo confortava.

Era giusto, pertanto, era doveroso, che in una circostanza così singolare e solenne, il suo Successore sulla Cattedra di Pietro, venisse nel paese natale per meditare sul suo messaggio e respirare la sua spiritualità.

2. Come a voi è ben noto, il venerdì 25 novembre 1881 nella famiglia Roncalli nasceva Angelo Giuseppe, quarto di tredici figli, e quella stessa sera la campana della Chiesa Parrocchiale squillava, per annunziarne l'avvenuto Battesimo.

E così noi oggi commemoriamo non soltanto la nascita alla luce del piccolo ((Angelino », ma anche la nascita spirituale alla vita della grazia e della fede di colui che sarebbe diventato, come disse Paolo VI, « il Papa della bontà, della mansuetudine, della pastoralità della Chiesa » ;[1] il Papa che seppe amare tutti e che da tutti fu amato per le sue caratteristiche di paternità, di serenità, di sensibilità umana e sacerdotale. Infatti, il motivo del suo così straordinario successo nella stima e nell'affetto del mondo intero, allora e oggi, è stata la sua bontà : l'umanità ha un estremo bisogno di bontà, e per questo ha amato Papa Giovanni e tuttora lo venera e lo invoca.

Sembra di vederlo per queste strade, per questi colli, tra queste case, in questo suo paesaggio, così ardentemente diletto e ricordato con tenerezza fino agli ultimi giorni della vita, il «suo caro nido di Sotto il Monte», in cui tutti gli anni, quando gli fu possibile, da sacerdote,

[1] *Insegnamenti di Paolo VI,* **vol. I, p. 534.**

da Vescovo, da Cardinale, venne a rifugiarsi, per ritemprare il suo spirito « in gratia et fide », come lo avevano educato i genitori e il padrino, il prozio Zaverio.

3. Se ci domandiamo dove e come Papa Giovanni acquistò tali doti di bontà e di paternità, unite ad una fede cristiana sempre integra e pura, è facile rispondere : dalla sua famiglia.

Egli stesso, per tutta la sua lunga vita e in un numero grandissimo di scritti, privati e ufficiali, ricorda, con commozione e riconoscenza, il suo patriarcale focolare domestico, gli anni della sua fanciullezza e della sua adolescenza trascorsi in un ambiente limpido e sereno, in cui lo stile era la grazia di Dio vissuta con semplicità e coerenza, la regola di vita era il catechismo e l'istruzione parrocchiale, il conforto era la preghiera, specialmente la Messa festiva e il Eosario vespertino, l'impegno quotidiano era la carità : ((Eravamo poveri — scriveva Papa Giovanni — ma contenti della nostra condizione, fiduciosi nell'aiuto della Provvidenza. Quando un mendicante si affacciava alla porta della cucina, dove una ventina di ragazzi attendeva la scodella di minestra, un posto in più c'era sempre. Mia madre s'affrettava a far sedere l'ospite accanto a noi».[2]

La catechesi familiare e parrocchiale fu il suo nutrimento spirituale ; la fedeltà alle pratiche di pietà e ai riti della Chiesa fu il suo impegno costante, perché ebbe nei genitori l'esempio, lo stimolo e la sua prima scuola di teologia. Con dolce affabilità ricordava in un discorso : « La cara immagine della Madonna, sotto il titolo di "Ausiliatrice", fu per molti anni familiare ai nostri occhi di fanciullo e di adolescente nella casa dei nostri genitori».[3] E nel discorso tenuto per l'ottantesimo suo genetliaco disse : «È da questi ricordi che prese inizio e nutrimento di venerazione quanto si riferiva alla vita religiosa, al santuario delle nostre famiglie, modeste, laboriose, timorate di Dio e serene».[4]

Nella notte di Natale del 1959, Egli con viva nostalgia riandava ai tempi lontani e con semplicità e saggezza tracciava le linee della Dottrina Cristiana circa la famiglia : ((Come erano ben vissute le grandi realtà della famiglia cristiana ! Fidanzamento nel riflesso della luce di Dio, matrimonio sacro ed inviolabile nel rispetto delle quattro note caratteristiche : fedeltà, castità, mutuo amore e santo timore del Signore ;

[2] *Giornale dell'anima,* IV ed. Appendice.
[3] *Discorsi, Messaggi, Colloqui del Santo Padre Giovanni XXIII,* vol. IV, p. 307.
[4] *Idem,* vol. IV, p. 23.

spirito di prudenza, di sacrificio nell'educazione attenta dei figli; e sempre in ogni circostanza, amore del prossimo, perdono, spirito di sopportazione, fiducia, rispetto verso gli altri. È così che si edifica una casa che non crolla ».[5]

4. La sua fede originata dalla famiglia, illuminata e confermata dallo studio serio e metodico compiuto in Seminario nel solco della Sacra Scrittura, del Magistero della Chiesa, della Patristica e della Teologia qualificata e approvata, accompagnata poi lungo il corso degli anni dalla lettura e dalla meditazione dei grandi maestri dell'ascetica e della mistica, rimase in tal modo sempre integra e profonda, senza patire gli sbandamenti del modernismo, senza deviare mai dalla retta strada della Verità. Nel 1910 annotava nel *Giornale dell'anima:* ((Ringrazio in ginocchio il Signore che mi abbia mantenuto illeso in mezzo a tanto ribollire ed agitarsi di lingua e di cervello ... Devo ricordare sempre che la Chiesa contiene in sé la giovinezza eterna della verità e di Cristo che è di tutti i tempi... Il primo tesoro della mia anima è la fede, la santa fede schietta e ingenua dei miei genitori e dei miei buoni vecchi ».

Da tale fede genuina e trasparente, istillatagli dalla famiglia, sgorgò pure il suo totale e fiducioso abbandono alla Provvidenza espresso nel motto ispiratore della sua vita : « Oboedientia et Pax » ; nacque la visione soprannaturale ed escatologica dell'esistenza e di tutta la storia, per cui Egli cammina alla luce dei ((novissimi » e della ((teologia dell'aldilà». Questa fede, intimamente gustata come Verità assoluta e come significato dell'umana esistenza, si espresse con soavità e confidenza • nelle pratiche di pietà, che alimentano la vita cristiana : le tante e belle devozioni che lungo i secoli sono fiorite sul fertile ceppo del dogma : l'unione con Cristo Eucaristico e Crocifisso, con il Sacro Cuore; la devozione a Maria Santissima, agli Angeli, ai Santi; il costante ricordo delle Anime del Purgatorio; e naturalmente le visite al Santissimo Sacramento, la Confessione regolare, la recita del Rosario, i ritiri e gli Esercizi spirituali, la meditazione, i pellegrinaggi.

È una fede giustamente e rettamente tradizionale, che però non è statica, congelata, indebitamente conservatrice nel mutare esigente e travolgente dei tempi e delle situazioni ; anzi, è meravigliosamente giovanile, intrepida, aperta, lungimirante, tanto da ideare ed iniziare il Concilio Vaticano II e da sentire, con acuta intelligenza, tutte le proble-

[5] *Idem.* **vol. II, p. 96.**

matiche che accompagnano l'epoca moderna, come ben dimostrano le Encicliche *Mater et Magistra* e *Pacem in terris.*

5. Papa Giovanni fu veramente un uomo mandato da Dio ! Immensamente ricca e preziosa è l'eredità che Egli ci ha lasciato. Ma in questa sua terra natale, dove dalla famiglia ebbe i primi germi della fede che poi si sviluppò in un modo così sorprendente e fecondo, io desidero ricordare e accogliere in particolare quanto Egli ci dice riguardo alla famiglia.

Egli già aveva messo in guardia circa i pericoli incombenti su di essa : « Questo santuario — diceva col pianto nel cuore — è minacciato da tante insidie. Una propaganda talora incontrollata si serve dei poderosi mezzi della stampa, dello spettacolo e del divertimento per diffondere, specialmente nella gioventù, i germi nefasti della corruttela. È necessario che la famiglia si difenda... approfittando anche, quando è necessario, della tutela della legge civile».[6] Perciò, il suo insegnamento rimane valido e perenne, perché è la voce della Verità ed è ciò che nell'intimo auspica ed attende l'animo di ogni persona. Mi piace sintetizzare quell'insegnamento nei seguenti cinque «punti fermi».

— Anzitutto la sacralità della famiglia, e quindi anche dell'amore e della sessualità : « La famiglia è dono di Dio — diceva — essa implica una vocazione che viene dall'alto, alla quale non ci si improvvisa».[7] «Nella famiglia si ha la più mirabile e stretta cooperazione dell'uomo con Dio : le due persone umane, create a immagine e somiglianza divina, sono chiamate non soltanto al grande compito di continuare e prolungare l'opera creatrice, col dare la vita fisica a nuovi esseri, cui lo Spirito vivificatore infonde il possente principio della vita immortale, ma anche all'officio più nobile e che perfeziona il primo, della educazione civile e cristiana della prole».[8] A motivo di questa essenziale caratteristica, Gesù volle che il matrimonio fosse un «Sacramento».

— La moralità della famiglia. « Non lasciamoci ingannare, accecare, illudere — ammoniva con cristiana e paterna saggezza — la Croce è sempre l'unica speranza di salvezza ; la Legge di Dio è sempre là, con i suoi dieci comandamenti, a ricordare al mondo che solo in essa è la salvaguardia delle coscienze e delle famiglie, che solo nella sua osservanza

[6] *Discorsi* vol. I, p. 172.
[7] *Discorsi* vol. III, p. 67.
[8] *Idem,* vol. II, p. 519.

sta il segreto della pace e della tranquillità di coscienza. Chi se ne dimentica, anche se sembra rifuggire da ogni impegno di serietà, si costruisce presto o tardi la propria tristezza e miseria)).[9] E in altra occasione aggiungeva : « Il culto della purezza è l'onore e il tesoro più prezioso della famiglia cristiana».[10]

— La responsabilità della famiglia. Papa Giovanni ha fiducia nell'opera educativa dei genitori, sostenuta dalla grazia divina. Rivolgendosi alle mamme diceva : « La voce della madre quando incoraggia, invita, scongiura, rimane scolpita a fondo nel cuore dei suoi, e non si dimentica più. Oh, soltanto Dio conosce il bene suscitato da questa voce, e l'utilità che essa procura alla Chiesa e all'umana società».[11] E ai padri soggiungeva : « Nelle famiglie dove il padre prega ed ha una fede lieta e consapevole, frequenta le istruzioni catechistiche e vi porta i suoi figli, non ci saranno bufere e desolazioni di una gioventù ribelle e disamorata. La nostra parola vuol essere sempre di speranza ; ma siamo certi che, in talune espressioni sconfortanti di vita giovanile, la più grande responsabilità va cercata anzitutto in quei genitori, specialmente nei padri di famiglia, che rifuggono dai precisi e gravi doveri del loro stato ».[12]

— La finalità della famiglia. Su questo punto, Papa Giovanni era chiaro e lineare : lo scopo per cui si nasce è la santità e la salvezza, e la famiglia è voluta da Dio per questo scopo. Vent'anni fa, nella lettera-testamento, scritta in occasione dei suoi ottant'anni, ricordando ad uno ad uno i suoi diletti familiari, diceva : « questo è ciò che più vale : assicurarsi l'eterna vita, confidando nella bontà del Signore che tutto vede e a tutto provvede » (3 dicembre 1961). E commentando i singoli misteri del Rosario, affermava di pregare al terzo mistero gaudioso per i bambini di tutte le stirpi umane venuti alla luce nelle ultime ventiquattr'ore.[13]

— L'esemplarità della famiglia cristiana. Papa Giovanni esortava caldamente genitori e figli cristiani ad essere esempio di fede e di virtù nel mondo moderno, sul modello della Sacra Famiglia : « Il segreto della vera pace — diceva — del mutuo e duraturo accordo, della docilità dei

[9] *Idem*, vol. II, p. 281-282.
[10] *Idem*, vol. IV, p. 897.
[11] *Idem*, vol. II, p. 67.
[12] *Idem*, vol. IV, p. 272.
[13] *Idem*, vol. IV, p. 241.

figli, del fiorire di un gentile costume, sta nella imitazione continua e generosa della dolcezza, della modestia, della Famiglia di Nazareth ».[14] Papa Giovanni è sicuro che da queste famiglie esemplari possono sgorgare numerose e scelte vocazioni sacerdotali e religiose, nonostante le difficoltà dei tempi.

Questa è in sintesi la dottrina del grande ed amabile Pontefice circa la famiglia, dottrina che suona aperta condanna delle teorie e delle prassi, che sono contro l'istituto familiare.

La figura sorridente e buona di Papa Giovanni, così vicina al cuore di tutti gli italiani, concorra a far riemergere ancora una volta nell'animo quel patrimonio di bontà e di solidarietà, caratteristico di un Popolo che vuole la vita e non la morte dell'uomo, la promozione e non la distruzione della famiglia.

6. Carissimi Fratelli e Figli ! Il ritrovarci qui, oggi, a Sotto il Monte, con Papa Giovanni per commemorare il Centenario della sua nascita, è indubbiamente una grande gioia per tutti ed una soave consolazione; ma deve essere anche un incentivo per tenere sempre presente il suo esempio e per ascoltare la sua parola : « Ogni credente — Egli scriveva nella *Pacem in terris* — deve essere una scintilla di luce, un centro di amore, un fermento vivificatore nella massa».[15]

Questo è l'impegno che vi lascio, a voi abitanti di Sotto il Monte e di tutta la terra bergamasca, da Lui tanto amata, seguendo le indicazioni del Piano Pastorale, ottimamente indetto dal vostro Vescovo.

Lo lascio a tutti i fedeli della Chiesa, sacerdoti e laici, e lo estendo a tutti gli uomini di buona volontà, che sono stati attratti e commossi dalla paterna figura di Papa Giovanni.

Sia prezioso patrimonio di tutti anche la tenera devozione a Maria Santissima, che sempre contrassegnò la sua vita. «A null'altro essa tende che a rendere più robusta, pronta e operante la nostra fede», sono sue parole. ((Maria aiuterà tutti noi, che siamo pellegrini quaggiù : con il suo sostegno supremo supereremo le immancabili tristezze ed avversità e ci abitueremo a guardare il Cielo, con serenità e letizia ».[16]

Papa Giovanni ci accompagni con il suo esempio e la sua preghiera per le strade faticose della nostra vita. Egli è un buon amico : ascoltiamolo ! La sua eredità è davvero in benedizione !

[14] *Idem,* **vol. II, p. 118-119.**

[15] **N. 57.**

[16] *Idem,* **vol. II, p. 707.**

ACTA SS. CONGREGATIONUM
SS.

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Sacra Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit. Videlicet :

die 8 Maii 1981. — Cathedrali Ecclesiae Campi Moranensis R.D. Virgilium de Pauli, e clero Sancti Caroli in Brasilia, hactenus Vicarium Generalem eiusdem dioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae Trilacunensi R.P. Isidorum Kosinski, sodalem Congregationis Missionis.

die 25 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Duxiensi, noviter erectae, Exc.mum P.D. Maurum Morelli, hactenus Episcopum titularem Vatarbensem et Auxiliarem Em.mi ac Rev.mi P.D. Pauli Evaristi S.R.E. Cardinalis Arns, Archiepiscopi Sancti Pauli in Brasilia.

— Titulari Episcopali Ecclesiae Iuncensi in Byzacena, R.P. Linum Vomboemmel, sodalem Ordinis Fratrum Minorum, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P.D. Iacobi C. Ryan, O.F.M., Episcopi Santaremensis.

die 27 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Pistoriensi Exc. P.D. Simeonem Scatizzi, hactenus Episcopum Fesulanum.

— Cathedrali Ecclesiae Fesulanae Exc. P.D. Lucianum Giovannetti, hactenus Episcopum titularem Zabäensem in Numidia.

die 30 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Victoriensi de Conquista, Exc.mum P.D. Celsum Iosephum Pinto da Silva, hactenus Episcopum titularem Urusitanum et Auxiliarem Em.mi ac Rev.mi P.D. Eugenii S.R.E. Cardinalis de Araujo Sales, Archiepiscopi Sancti Sebastiani Fluminis Ianuarii.

SACRA CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

i

PROVISIO ECCLESIARUM

Decretis Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, Ioannes Paulus PP. II iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit. Videlicet :

die 21¡. Ianuarii 1981. — Cathedrali Ecclesiae, noviter erectae in Ceylonia, Mannarensi R.D. Thomam Savundaranayagam, e clero Iaffnensis dioecesis.

die 12 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Collis Mariae seu Mariannhillensi R.D. Paulum Mngoma, e clero dioecesano, parochum ecclesiae Martyribus Ugandensibus in oppido vulgo Umlazi dicatae.

— Cathedrali Ecclesiae Zombaènsi R.D. Alanum Chamgwera, sacerdotem Blantyrensis archidioeceseos, eiusdemque aerarii custodem.

die 7 Martii. — Titulari episcopali Ecclesiae Tunetensi praefecit R.D. Franciscum De Nittis, presbyterum archidioecesis Fodianaè, Praelatum honorarium Sanctitatis Suae, quem archiepiscopali dignitate ornavit atque Apostolicum Pro-Nuntium in Papua Nova Guineana Ditione necnon Delegatum in Insulis Salomoniis nominavit Apostolicum.

die 26 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Abenguruensi R.D. Brunonem Kouamé, Vicarium Generalem Buakensis dioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae Uviraënsi R. D. Leonardum Dhejju, e clero Buniaënsis dioeceseos.

die 26 Maii. — Metropolitanae Ecclesiae Coamceuvensi in Sinis Exc.mum P.D. Dominicum Tang Yee-Ming, Societatis Iesu, hactenus Episcopum titulo Elatensem, eiusdemque archidioeceseos Apostolicum Administratorem.

II

NOMINATIONES

Peculiaribus datis decretis, Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide ad suum beneplacitum renuntiavit :

die 2^. Ianuarii 1981. — Em.mum P.D. Mauricium S.R.E. Cardinalem Otunga, Archiepiscopum Nairobiensem, *Vicarium Castrensem* in Keniana Ditione.

die 12 Februarii. — R. P. Ioannem Bonzanino, Instituti Missionum a Consolata sodalem, *Administratorem Apostolicum* noviter erectae in Aethiopia Mekiensis Apostolicae Praefecturae.

die 20 Februarii. — R. P. Aloisium Ncamiso Ndlovu, Ordinis Servorum Mariae sodalem, parochum in oppido vulgo Lobamba nuncupato, *Administratorem Apostolicum* « sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis» dioecesis Manziniensis in Suazilandia.

die 7 Martii. — Exc.mum P. D. Franciscum Colasuonno, Archiepiscopum titulo Truentinum, *Apostolicum Pro-Nuntium* in Zimbavensi Ditione.

die 7 Aprilis. — Exc.mum P.D. Laurentium Monsengwo Pasinya, Episcopum titulo Aquaenovensem in Proconsulari, *Auxiliarem* Exc.mi P. D. Augustini Fataki, Archiepiscopi Kisanganiensis.

die 9 Maii. — Exc.mum P.D. Augustinum Cacciavillan, Archiepiscopum titulo Amiterninum, *Pro-Nuntium Apostolicum* in India.

die 22 Maii. — R. P. Placidum Ri, sodalem Congregationis Ottiliensis Ordinis Sancti Benedicti, *Administratorem Apostolicum* « ad nutum Sanctae Sedis» Dioecesis Hameungensis necnon Abbatiae Nullius Tokvonensis.

die S Iunii. — Exc.mum P.D. Iosephum IThac, Archiepiscopum titulo Tharrensem, *Pro-Nuntium Apostolicum* in Zairensi Ditione.

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

i

VERONEN.

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Iosephi Nascimbeni, Sacerdotis Parochi Fundatoris Instituti Parvarum Sororum a S. Familia (1851-1922).

SUPER DUBIO

An eius Causa introducenda sit

Sacra Familia Nazarethana, quae praefulgidum sponsis christianis praebet speculum in quo sese respiciant, exemplar exstitit iuxta quod coniuges Antonius Nascimbeni et Amadea Sartori propriam instituerunt vitae rationem Aliumque Iosephum, in loco vulgo *Torri dei Benaco,* Dioecesis Veronensis, die 22 Martii anno 1851 natum, in fide, caritate et christianis moribus educare curaverunt.

Itaque Iosephus Nascimbeni, statim post nativitatem, ob mortis periculum, a medico baptizatus, anno 1862 eucharistica communione primo nutritus, Veronam se contulit adolescens ut in publico gymnasio et in ecclesiasticis collegiis studio incumberet. Ibi ergo sacro chrismate inunctus est anno 1865, ac, dum classicas in episcopali seminario addisceret disciplinas (aa. 1867-1870), clericali veste induebatur die 8 Decembris a. 1869, cursuque theologico absoluto (aa. 1870-1874), re bene perpensa ac levi perplexitate quae ei obvenerat feliciter superata, sacerdotio tandem auctus est die 9 Augusti anni 1874.

Ex quo autem pastorale ministerium exercere incepit, primo quidem qua novensilis sacerdos in oppido vulgo *San Pietro di Lavagno,* postea qua vicarius cooperator in *Castelletto sui Garda* seu apud *Brenzone,* ac denique qua parochus Sancti Caroli de *Castelletto* (a. 1885), mirabili in omnibus ferebatur indesinenter animarum zelo. Tertio Ordini Franciscali adscriptus, varias fidelium associationes diligenter instauravit ac curavit, necnon et scriptis consolidavit. Edidit nempe fascículos pro adoratoribus SS. Eucharistiae, pro Filiabus Mariae, pro Pia Unione Transitus Sancti Ioseph, pro suffragiis in favorem animarum in Purgatorio detentarum, pro hora adorationis cum populo coram SS.

Sacramento qualibet Feria V vel Feria VI facienda, et pro aliis huiusmodi.

Insuper, officiali pro schola elementari diplomate munitus, magistri quoque munere fungi non renuit ac parvum etiam rexit gymnasium ad vocationes sacerdotales excitandas, necnon et efficacem praestitit operam in progressu sociali multipliciter promovendo, argentariamque instituit, vulgo *Cassa Rurale,* ad oeconomicam ruricolarum cooperationem stimulandam ac mutuationes opportune erogandas; et oppidum subministratione lucis electricae et aquae, necnon servitiis cursualibus et telegraphicis rite ditari fecit.

Dum autem huiusmodi inceptis spiritualem gregis sibi commissi renovationem optimis prosequitur auspiciis, materialem simul renovavit paroeciae faciem. Ecclesiae nempe paroecialis convenientem reaedificationem valenti animo aggressus est et, necessariis ad tantum opus prudenter quaesitis subsidiis, ad optatum exitum perduxit.

Praecipua vero Servi Dei sollicitudo pastoralis familiam respiciebat. Effatum « familia sana, paroecia sana » tamquam programma suae actuositatis sibi assumens, omnem adhibuit curam ut quaelibet familia christiana Sacrae Familiae Nazarethanae speciem, quam Leo Papa XIII tunc « absolutissimum domesticae societatis omnisque virtutis exemplar » proclamabat, sibi venerandam et imitandam proponeret. Frequentes igitur cum matribus christianis instituebat conferentias, parentes ad colloquia convocabat circa problemata filiorum, peculiarem pro novis familiis bene plan tandis impendebat diligentiam, indefesse fatigabatur in discordiis familiaribus componendis, omni denique satagebat studio ut institutum matrimoniale integrum semper conservaretur, quavis divortio firmiter praeclusa via. Inter scripta Servi Dei adest et volumen manuscriptum quod sermones continet pro matribus christianis ordinatos («Aile madri cristiane»). Matres nempe socias, quae substitui nequeunt, habebat operis christianae filiorum educationis et paroecialis communitatis incrementi. Quamobrem et opusculum typis mandavit, sub titulo « Preghiere delle madri cristiane », preces et orationes comprehendens a matribus christianis dicendas.

Ceterum, opera etiam pro sana adolescentium recreatione et bona educatione passim suscitavit, quae tamquam continuationem et complementum vitae familiaris cupiebat ; oratoria autem, tam puerorum quam puellarum, ab ipso condita, ambitum praebebant quasi familiarem, quo iuvenes ea frequentantes, solidis imbuerentur principiis et orthodoxis doctrinis. Nec mirum quod exinde, praeter optimam ad familias vere chri-

stianas constituendas praeparationem, vocationes quoque ad sacerdotium et ad vitam religiosam suscitarentur.

Anno denique 1892 Servus Dei fundamenta iecit novi Instituti, Parvarum Sororum a Sacra Familia, quae, sub Regula Tertii Ordinis Sancti Francisci, validum variis paroeciae necessitatibus afferrent auxilium, ac pueros catechismum docerent, decorem domus Dei sollicite curarent, personas infirmitate laborantes in suis domiciliis visitarent et adiuvarent, atque genuinum familiarum in territorio paroeciae commorantium bonum diversimode foverent.

Novum ergo Institutum Parvarum Sororum Franciscanum a Sacra Familia Constitutiones habuit primum ab Episcopo Veronensi, die 1 Ianuarii a. 1903, approbatas ; cumque, Servo Dei moderante, per diversas Dioeceses diffunderetur, immo ad exteras quoque dilataretur nationes, Decretum Laudis, quod vocatur, a Sede Apostolica die 26 Augusti a. 191.0 meruit.

Itaque Servus Dei accuratae sodalium novi Instituti formationi maximum dicavit studium. Sapientes illis dicta vit religiosae conversationis normas, Sacram Familiam Nazarethanam proponens, non tantum in titulum seu appellationem, sed et in specimen sedulo ab eiusmodi Sororibus imitandum, quae quidem ad apostolatum caritatis in silentio et recollectione exercendum vocantur.

In his autem omnibus peragendis, virtutum resplenduit christianarum exercitatione. Genuinus Christi sacerdos ac vigilans gregis sibi commissi pastor, libenter se impendebat pro animarum salute, illos etiam suo zelo comprehendens, qui ob servitium militare vel aliis de causis, emigrare tenebantur. Indefesse incumbebat in errantibus ad gratiam Dei restituendis. Mirabilis demum eluxit in illo, iuxta testimonia authentica, integritas vitae, plena semper ac generosa voluntatis Dei acceptatio, prompta oboedientia erga Superiores, in adversis quibuslibet sustinendis et in calumniis vel iniuriis tolerandis patientia, assiduus SS. Sacramenti cultus, filialis erga Virginem Deiparam pietas, sincera demum et profunda humilitas qua se maximum reputabat et declarabat peccatorem.

Dum ergo sic sanctitatis percurreret semitas, diabetae morbo et paralysi affectus est a. 1916; nec ideo aliquantulum remisit a virtutibus excolendis, immo eius constantia et animi fortitudo maiori tunc effulserunt splendore, donec, sacramentis Ecclesiae confortatus, die 21 Ianuarii a. 1922, ad caelestem patriam fuit a Domino vocatus. Eius autem corpus, die 26 eiusdem mensis Ianuarii in coemeterio, apud oratorium Instituti Sacrae Familiae, primo sepultum, die 24 Octobris a. 1923 ad

novum sepulcrum pro ipso praeparatum, Episcopo ac pluribus aliis adstantibus sacerdotibus magnoque populi concursu translatum est.

Fama autem sanctitatis, qua Servus Dei tam in vita quam in obitu et post obitum gavisus est, in dies percrebrescente, de Causa beatificationis ac canonizationis rite promovenda consilium est captum, processusque ordinarius instructus est apud Curiam Episcopalem Veronensem, ubi, a die 7 Iunii a. 1952 usque ad diem 30 Iulii a. 1958, testes permulti amplissimas de eius vita et virtutibus deque fama sanctitatis eius deposuerunt declarationes; quibus, post quinque fere annos, a die 3 Maii a. 1963 usque ad diem 6 Iulii a. 1964, ulteriora 11 testium accesserunt testimonia in processu suppletivo praestita. Qui processus absoluti Romam delati fuere.

Pervenerunt postmodum plurimae litterae postulatoriae, quibus personae insigniores in dignitate sive ecclesiastica sive civili constitutae expostulaverunt a Summo Pontifice ut Causa beatificationis Servi Dei Iosephi Nascimbeni apud Apostolicam Sedem introduceretur.

Et Sacra tunc Rituum Congregatio, scriptis perpensis eidem Servo Dei tributis, die 13 mensis Iunii a. 1966, probante Paulo Papa VI, ad ulteriora procedi posse decrevit.

Instante igitur Rev.mus P. Antonio Cairoli, O.F.M., huius Causae legitime constituto postulatore, habitus est die 1 Iulii a. 1980, Congressus, qui dicitur, Peculiaris Consultorum, quam secutus est, die 18 Novembris eodem anno, Congregatio Particularis Patrum Cardinalium, in qua, ponente seu relatore Em.mo Cardinali Mario Nasalli Rocca di Corneliano, dubium est disceptatum : *An Causa Servi Dei Iosephi Nascimbeni introducenda sit.*

Et in utroque Coetu affirmativum responsum fuit datum, dummodo id Summo Pontifici placuisset.

Facta postmodum de hisce omnibus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per infrascriptum Cardinalem relatione, Sanctitas Sua responsum S. Congregationis pro Causis Sanctorum ratum habens, edixit *Causam Servi Dei Iosephi Nascimbeni esse introducendam.*

Datum Romae, die 4 Decembris A. D. 1980.

PETRUS Card. **PALAZZINI,** *Praefectus*

L. ✠ S.

✠ Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

II

LUGDUNEN.

Beatificationis et Canonizationis Ven. Servae Dei Mariae a S. Ignatio (in saeculo: Claudinae Thévenet), Fundatricis Congregationis Sororum a Iesu et Maria (1774-1837).

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Praeclaras inter mulieres, aeque de civili et christiana societate optime meritas post Gallicae perturbationis eversionem, adnumeranda est Venerabilis Serva Dei Maria a S. Ignatio, in saeculo Claudina Thévenet appellata, quae Institutum Sororum condidit, quod a Iesu et Maria nuncupatur, cuius finis esset christiana puellaris iuventae educatio, iuxta cuiusque socialem condicionem. Sanctitatis fama innumeraeque gratiae, nisi forte miracula, sepulcrum eius reddiderunt gloriosum et adhuc reddunt. Quapropter, servatis de iure servandis, Paulus Papa VI, die 6 mensis Februarii anno 1978, eamdem Dei Famulam virtutes théologales et cardinales ceterasque earum comites et socias heroum in modum coluisse decrevit.

Ad altarium autem honores eidem comparandos et decernendos seduli Causae actores sequentem miram proposuerunt sanationem.

Aloisius Alfonsus Soto Villa, agrícola, natione Columbianus, anno 1927 circiter, septemdecim cum ageret aetatis annum, malo fato dum laborat, grave ac profundum in sinistro femore excepit vulnus ex rustico, falcis instar, ferramento. Incuria partim, partim defectu opportunae therapiae, eiusmodi vulnus in peius ruit, adeo ut motum ipsius pedis in discrimen adduxerit. Anno autem 1960, post quadraginta circiter solidos annos, doloribus quidem atque molestiis plenos, radiographicum examen agi ostendit de osteomielitide chronica, cum osseis sequestris. Inde proposuere medici artus amputationem, quam tamen aegrotus praefracte detrectavit, et in gravi illo statu vivere perexit, inter alternas morbi vices ; immo plerumque recrudescente morbo, usquedum die 9 mensis Iunii anno 1972, ad ultimum perpessionis dolorum pervenit. Tunc demum induxit animum, ut ad Medellense nosocomium reverteretur, pa-

ratus ad chirurgicum subeundum interventum et, si necessitas urgeret, etiam ad pedis amputationem. Ministra autem aegrotorum, religiosa Congregationis a Venerabili Maria a S. Ignatio conditae, viso infirmi vulnere fere in necrosim effecto, illico quanta morbi esset gravitas intellexit. Ideo imaginem eiusdem Venerabilis aegroto praebuit, eumdem adhortata ad novendialem supplicationem ineundam, ut sanitatem a Deo efflagitaret. Porro, vespere eiusdem diei, fiduciae plenus, aegrotus eiusque familiares et ipsa sororum infirmaría opem Venerabilis postulaverunt. Et ecce, Venerabilis Maria a S. Ignatio adfuit ; namque postridie, mane, dolores omnino evanuerunt, cessavitque purulentum putidumque pus, vulnere valde imminuto. Post biduum Aloisius Alfonsus Soto Villa ambulare commode valuit, nullo innixus baculo.

Sanationem hanc ultra naturae vires et leges contigisse testes et periti in arte medica professi sunt.

Adornatus est igitur anno 1974 super eandem sanationem, apud Curiam archiepiscopalem Medellensem in Columbia, processus apostolicus, de cuius iuridica forma et validitate constat per Decretum huius Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum die 8 mensis Iulii anno 1978 editum. Consilium autem Medicum eiusdem Congregationis, praehabitis duorum ex officio peritorum deputatorum affirmativis votis, eandem sanationem, in coetu diei 30 Maii a. 1979 habito, praeter naturae vires evenisse asseruit.

Disceptatum est deinde circa eandem sanationem primo in Congressu Peculiari Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum, die 11 mensis Novembris anno 1980 ; deinde, die 27 Ianuarii subsequentis anni 1981, in Congregatione Plenaria Patrum Cardinalium, ponente seu relatore Rev.mo Cardinali Gabriele Maria Garrone ; et in utroque Coetu, dubio proposito num constet de miraculo adfirmantes responderunt omnes.

Facta de hisce omnibus, die 5 Februarii hoc eodem anno, Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum relatione, Sanctitas Sua vota Patrum Cardinalium rata habuit et ut Decretum super eadem mira sanatione rite conscriberetur mandavit.

Quod cum factum esset, Beatissimus Pater, accitis hodierno die ad se Cardinalibus infrascripto Praefecto et Gabriele Maria Garrone, Causae ponente seu relatore, meque Antistite a Secretis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus declaravit : *Constare de uno miraculo, intercedente Venerabili Serva Dei Maria a S. Ignatio (in saeculo Claudina Thévenet), a Deo patrato, nimirum de instantánea, perfecta con-*

stantique sanatione domini Aloisii Alfonsi Soto Villa, ab « osteomielite crónica delia tibia e peroné sinistri con sequestri radiográficamente visibili; fistolizzazione, stato varicoso e vasta ulcerazione tórpida cutanea delia faccia anteriore sinistra delia gamba)).

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 30 mensis Martii A. D. 1981.

P**ETRUS** Card. P**ALAZZINI,** *Praefectus*

L. © S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Oon Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominate :

2 giugno 1981. S. E. Mons. Giuseppe TJhac, Arcivescovo titolare di Tharros, *Pro-Nunzio Apostolico nello Zaire.*
26 » » S. E. Mons. Oriano Quilici, Arcivescovo titolare di Tabla, *Nunzio Apostolico in G-uatemala.*

Con Biglietti delia Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato :

Protonotari Apostolici soprannumerari :

18 marzo 1981. Mons. Renato Casadio (Ravenna).
31 » » Mons. Jorge Monastoque Valero (Tunja).

Prelati d'Onore di Sua Santità:

12 agosto 1980. Mons. Carlos Arteaga Roldan (Popayán).
» » » Mons. Jesús Gersain Marin Molano (Popayán).
» » » Mons. Juan de Jesús Rendón Cardona (Popayán).
» » » Mons. Cruz María Vivas (Popayán).
16 » » Mons. Francesco Antonio Cadena Bonilla (Garzón).
» » » Mons. Urbano Quintero Sánchez (Garzón).
15 ottobre » Mons. Carmine Scaravaglione (Cassano all'Ionio).
20 novembre » Mons. Francesco Pennini (Cassano alPIonio).
» » » Mons. Giovambattista Campana (Cassano alPIonio).
6 febbraio 1981. Mons. Lloyd Bede Becnel (Lafayette).
» » » Mons. J. Guy Lemoine, (Lafayette).
» » » Mons. Paul Metre jean (Lafayette).
27 » » Mons. Efrem Ley son (Kalibo).
3 marzo » Mons. Robert Frederick Gulic (Green Bay).
10 » » Mons. Fiorenzo Facchini (Bologna).
» » » Mons. Enzo Pasi (Bologna).
» » » Mons. Gian Domenico Gordini (Faenza).
21 » » Mons. Pedro Antonio Gómez (Sonsón-Rionegro).
» » » Mons. Ignacio Aristizabal (Sonsón-Rionegro).
» » » Mons. Alfonso Duque (Sonsón-Rionegro).
» » » Mons. Flavio Velásquez (Sonsón-Rionegro).

Cappellani di Sua Santità:

16 agosto 1980. Il sac. Augustin Sierra Losada (Garzón).
» » » Il sac. José Darío Ovies (Garzón).
» » » Il sac. Jorge Eduardo Vargas Mesa Garcés (Garzón).
» » » Il sac. Karl Heda (Rottenburg-Stuttgart).
15 ottobre » Il sac. Antonio Propati (Oassano alPIonio).
» » » Il sac. Nicola Zaccaro (Oassano alPIonio).
» » » Il sac. Salvatore Di Marco (Cassano alPIonio).
» » » Il sac. Carmine Donadio (Cassano alPIonio).
» » » Il sac. Rodolfo Ettorre (Cassano alPIonio).
14 febbraio 1981. Il sac. Juan Osvaldo Vidotto (San Francisco - Argentina).
10 marzo » Il sac. Lauro Cingolani (Recanati).
» » » Il sac. Primo Squadroni (Cingoli).

ONORIFICENZE

Con Biglietti delia Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha conferito :

La Gommenda con Placea dell'Ordine Piano:

7 aprile 1981. Al sig. Edoardo Cherubini (Roma).

Il Gavalierato delVOrdine Piano

6 maggio 1981. Al sig. Erich Prinz *(Svizzera).*

La Gommenda con Placea delVOrdine di san Gregorio Magno, classe civile:

1 aprile 1981. Al sig. Cario Pietrangeli (Roma).

La Gommenda con Placea delVOrdine di san Gregorio Magno, classe militare:

6 maggio 1981. Al sig. Franz Pfyffer von Altishofen *(Svizzera).*

La Placea delVOrdine di san Gregorio Magno, classe civile:

24 aprile 1981. Al sig. Leonildo Mainardi (Padova).

La Gommenda delVOrdine di san Gregorio Magno, classe civile:

11 novembre 1980. Al sig. Max Willibald Erbgraf Waldburg Wolf egg (Rottenburg- Stuttgart).
7 aprile 1981. AI sig. Umberto Stefanizzi (Roma).

II Cavalierato delV Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

14 giugno 1980. Al sig. Jorge Rodríguez Arbelaez (Medellín).
» » » Al sig. Antonio Restrepo Arango (Medellín).
26 » » Al sig. Shahine Abtine *(Iran).*
28 marzo Al sig. John Ferdinand Callaghan (Maitland)
28 marzo 1981. Al sig. Eugenio Pozzoli (Milano).
1 aprile Al sig. Sean 0' Shea (Clonfert).
» » » Al sig. Paolo Pallottino (Roma).
» » Al sig. Giuseppe Di Ourzio (Roma).
» Al sig. Valerio Arringoli (Roma).
» » Al sig. Giorgio Andreani (Roma).
» Al sig. Donato Fiermonte (Roma).
» Al sig. Guido Mattioli (Roma).
» » Al sig. Sergio Pulitani (Roma).
» » Al sig. Giulio Mcoletti (Roma).
» » Al sig. Aldo Borzi (Roma).
» » Al sig. Pio Gaddi (Roma).
» » » Al sig. Claudio Ceresa (Roma).
7 » Al sig. Elias Charbine (Tiro dei Maroniti).
21 maggio Al sig. Vincenzo Restivo (Roma).

La Commenda con Placea delV Ordine di san Silvestro Papa:

24 marzo 1981. Al sig. Leo Ernesti (Paderborn).

La Commenda delV Ordine di san Silvestro Papa.

27 febbraio 1981. Al sig. Giacinto Diocesano (Bari).
marzo Al Sergio Cesati (Milano).
» Al sig. Roberto Melloni (Milano).
aprile Al sig. Piervincenzo Giudici (Roma).
» Al sig. Valerio Leonardi (Roma).
» Al sig. Aldo Murri (Roma).
» Al sig. Egisto Ercadi (Roma).
» Al sig. Giorgio Caravani (Roma).
Al sig. Antonino Cherubino (Roma).
» Al sig. Settimio Mazzilis (Roma).
» Al sig. Daniele Dalvai (Roma).
» Al sig. Evandro Costa (Roma).
Al sig. Alberico Vitalini (Roma).
» Al sig. Saverio Petrillo (Roma).
Al sig. Luigi Toja (Milano).
maggio Al sig. Mario Prato *(Italia).*
Al sig. Roland Buchs *(Svizzera).*
»

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

6 marzo 1981. Al sig. Enrico Romersi (Milano).
» » » Al sig. Vittorio Gilardoni (Milano).

6 marzo 1981. Al sig. Armando Varoli (Milano).
16 » » Al sig. Benjamin Mateus (Davao).
» » Al sig. Vicente Albay (Davao).
» » » Al sig. Sofronio Cruz (Davao).
» » » Al sig. Rogelio Lizada (Davao).
24 » » Al sig. Gildardo Tirabassi (Reggio Emilia).
28 » » Al sig. Vincenzo Primucci (Acerenza).
» » » Al sig. Rocco Carmine Lofranco (Acerenza)
1 aprile » Al sig. Ruggero Guarda (Roma).
» » » Al sig. Ennio Baldi (Roma).
» » Al sig. Bruno Canzian (Roma).
» » » Al sig. Fausto Bianchi (Roma).
» » » Al sig. Giusto Antoniazzi (Roma).
» » » Al sig. Carlo Pulitani (Roma).
» » » Al sig. Alberto Bricchi (Roma).
» » » Al sig. Paolo Calcagni (Roma).
» » Al sig. Walter Crisari (Roma).
» » » Al sig. Raoul Corsi (Roma).
» » » Al sig. Giuliano Mantini (Roma).
» » » Al sig. Francesco Pierangelini (Roma).
» » Al s Umberto Santini (Roma).
» » » Al sig. Antonio Leoncini (Roma).
» » Al sig. Alfredo Camilli (Roma).
» » » Al sig. Silvano Carnevali (Roma).
» » » Al sig. Luigi Montagnaro (Roma).
» » Al sig. Enrico De Paolis (Roma).
» » » Al sig. Bruno Ascioni (Roma).
» » » Al sig. Cesare Caponi (Roma).
» » » Al sig. Vasco Fortini (Roma).
» » Al sig. Giampiero Bianchini (Roma).
» » Al sig. Mario Marini (Roma).
» » Al sig. Remo Balduini (Roma).
28 » » Al sig. Mauro Proietti (Albano).
8 maggio » Al sig. Peter Hasler *(Svizzera)*.

NECROLOGIO

3 giugno 1981. Mons. Domingo J. Herrera Castillo, Vescovo tit. di Gegi.
» Mons. Johannes Kleineidam, Vescovo tit. di Nova.
» » » Mons. Jean-Marie Lafontaine, Vescovo tit. di Ursona.
5 » » Mons. Giuseppe Perniciaro, Vescovo già di Piana degli Albanesi *(Italia)*.
14 » » Mons. Samuel Chauriz, delia Congr. dei Monaci di San-POrmisda, Arcivescovo di Urmia dei Caldei e Vescovo di Salmas *(Iran)*.

An. et rol. LXXIII 3 Septembris 1981 N. 7

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Librería Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

MANNARENSIS

Nonnullis detractis territoriis a dioecesi Iaffnensi in Taprobane nova conditur dioecesis « Mannarensis » nomine.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui volente Deo ad Ecclesiae sanctae gubernacula sedemus, in id profecto intentum animum semper habemus, in eoque vires collocamus, quo modo, nempe, singularum Ecclesiarum tum necessitatibus provideamus, tum utilitatibus consulamus. Ubi enim utrique rei diligenter satis fiat, ibi opitulante Dei gratia atque Spiritus Sancti operante virtute, fructus in dies laetiores colligi posse sperare licet. Quam ob rem, cum Venerabiles Fratres Nostri S.R.E. Cardinales Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione praepositi in eam sententiam iverint, ut, divisa dioecesi Iaffnensi in Taprobane, vulgo Sri Lanka, nova constitueretur, Nos id in fidelium eius Ecclesiae cedere posse arbitratu haec quae sequuntur apostolica Nostra auctoritate statuimus. Civiles districtus, quos dicunt, Mannar et Vavuniya, a dioecesi Iaffnensi distrahimus, eosque in novae dioecesis formam redigimus, ((Mannarensis » cognominandae, quam archidioecesi Metropolitanae Columbensi in

Taprobane suffraganeam facimus. Episcopus, cui Sedes haec credetur, domicilium suum un urbe Mannar collocabit, cathedra in templo S. Sebastiani, quod ibidem surgit, posita, cui omnia iura cathedralium templorum facimus. Item statuimus ut pro Canonicis Consultores dioecesani deligantur qui Episcopo assint opere consilio. Cetera omnia quae ad dioecesis administrationem, electionem Vicarii Capitularis, mensam, iura cleri atque populi, hisque similia, respiciant, iure Canonico ad amussim temperentur. Ceterum, quae iussimus Venerabilis Frater Nicolaus Rotunno, Archiepiscopus titulo Minorensis atque in Sri Lanka Apostolicus Pro-Nuntius, exsequenda curabit, vel quem ipse legaverit, modo virum in ecclesiastica dignitate constitutum. Idem vero documenta exarari faciet atque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide mittet, rite subsignata atque sigillo impressa. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quarto et vicesimo mensis Ianuarii, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo primo, Pontificatus Nostri tertio.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Godefridus Mariani, *Proton. Apost.*
Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Loco £8 Plumbi
In Secret. Status tab., n. 6652S.

II

SS. VINCENTII ET ANASTASII AD AQUAS SALVIAS

Territorii Abbatiae SS. Vincentii et Anastasii ad Aquas Salvias nova eademque aptior iuridica fit ordinatio.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Abbatia SS. Vincentii et Anastasii ad Aquas Salvias, cuius origo antiquissima, singularem sane per saecula formam induit, sive ad rationem eius iuridicam spectas sive ad pastoralem, quae eam a ceteris omnibus discernit. Qua re nullus non videt quam opportune cadat, si nova aptiorque eius territorii — quod non modo nunc nullam continui-

tátem cum sede Abbatiae habet, sed omnino « insulis » coalescit, in diversarum dioecesium territorio — iuridica ordinatio fiat, quae etiam pastorali eius usui prosit ; idque tum ad sententiam Concilii Vaticani II *(Christ. Dom.,* 22-24), tum etiam iuxta normas Motus Proprii «Catholica Ecclesia », die xxui Octobris facti, anno **MDCCCCLXXVI**, de nova Abbatiarum «nullius dioeceseos» dispositione.

Qua re, post magnas deliberationes partium quarum potissimum interest, congruumque tempus in experimentum exactum ; consulta profecto competenti Conferentia Episcopali Regionis ; de Venerabilium Fratrum Nostrorum sententia S.R.E. Cardinalium qui Sacrae Congregationi pro Episcopis praesunt, Nos, rati posse coeptum hoc in populi christiani utilitatem cedere, consensumque eorum supplentes qui vel habeant, vel se putent habere ius aliquod in hac re, haec statuimus : *a)* ut territoria, sic ut est in votis, in unum coeant, atque per id actio pastoralis aptius atque congruentius promoveatur haec quae sequuntur in perpetuum atque unione, ut dicunt, exstinctiva, decernimus: partem Abbatiae quae est in Etruria, quaeque municipiorum Urbetellii, Montis Argentarii, Insulae Igilii, Capalbii finibus comprehenditur, dioecesi Soanensi-Pitilianensi annectimus; territorium paroeciarum S. Orestis atque Ponzani Romani, quod municipiis eiusdem nominis continetur, cum dioecesi Civitatis Castellanae coniungimus ; paroeciam Montis Rosei, in municipio eodem, dioecesi Nepesinae unimus. Tandem ea pars Abbatiae quae Romae est, cum hac dioecesi unum quid efficiet. Qua re totum territorium Abbatiae SS. Vincentii et Anastasii ad Aquas Salvias iterum communi dioecesium regimini subiacebit, forma regiminis propria ac singularis iurisdictionis abrogata, qua adhuc usa est ; *b)* volentibus autem Nobis urbi Urbetellio ob religiosa atque civilia incrementa existimationem Nostram ostendere, iustumque honorem tribuere, olim Sedi Curiae Abbatialis, placet dioecesim Soanensem-Pitilianensem posthac Soanensem-Pitilianensem-Urbetelliensem appellari, adeo ut sive dioecesis sive eius Episcopus Soanensis-Pitilianensis-Urbetelliensis cognominentur ; c) paroeciale templum S. Mariae Assumptae, quod est Urbetellii, cui per aetates nonnullae praerogativae cathedralium aedium propriae attributae sunt, in quoque legitime constitutum collegiale Capitulum iura sua omnia atque onera servat, ad dignitatem templi concathedralis evehimus, ut ibidem cathedra episcopalis poni possit, et Episcopus Soanensis-Pitilianensis-Urbetelliensis, quotiens videbitur, possit sacra pontificalia celebrare ; *d)* qui, praeterea, quo montanam atque marinam plagam dioecesis Soanensis-Pitilianensis-Urbetelliensis sic dila-

tatae diligentius curare possit, ne neglegat quin etiam in urbe Urbetellio commoretur quo tempore populi commodum poposcerit ; *e)* dioecesis Soanensis-Pitilianensis-Urbetelliensis succedet in proprietatem Palatii Abbatialis Urbetelliensis, quo ceu domicilio utetur Episcopus eiusdem dioecesis, atque sede Operum pastoralium.

Ad hoc, statuimus ut simul cum territorio municipiorum atque paroeciarum, etiam oratoria, domus, coemeteria paroecialia, piae fundationes addicantur dioecesibus de quibus commemoravimus, et praeterea quaevis bona ecclesiastica aeque ac iura quae talium paroeciarum ac templorum eorum municipiorum erant propria.

Volumus praeterea ut documenta et acta quovis modo clerum, fideles, bona territoriorum de quibus diximus respicientia, a Curia Abbatiae ad Curias dioecesium quibus variae Abbatiae partes annexae sunt mittantur, ut in archivis rerum religiosarum accurate serventur.

Ad clerum quod attinet, simul ac hae Litterae ad exitum deductae fuerint, sacerdotes in ea dioecesi incardinati habeantur, ubi beneficium vel officium legitime habeant; ceteri vero clerici atque Seminarii tirones, ibi maneant incardinati aut incardinentur ubi legitime degant.

Quae vero per has Litteras iussimus exsequentur Venerabilis Frater Ismael Marius Castellano, Archiepiscopus Metropolita Senensis, quod pertinet ad partem Abbatiae quae est in Etruria; atque Ioannes Canestri, Archiepiscopus titulo Foroclodiensis idemque Vices Gerens Vicariatus Urbis, quod attinet ad plagas Abbatiae quae Latio continentur. Nempe iis facultates necessarias facimus exsequendo muneri, quas poterunt alii legare, modo Viro in ecclesiastica dignitate constituto. Re vero acta, iidem Venerabiles Fratres documenta exarari facient, quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem pro Episcopis cito mittenda curabunt. Apostolicas autem has Litteras nunc et in posterum ratas esse vimque suam habere volumus contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quinto et vicesimo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo primo, Pontificatus Nostri tertio.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

© SEBASTIANUS Card. BAGGIO
S. Congr. pro Episc. Praefectus

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*
Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Loco £g Plumbi
In Secret. Status tab., n. 6J¡S18.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

In Re publica Zimbabuae constituitur Apostolica Nuntiatura.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Quandoquidem publicae nuper necessitudinis ratione inter Apostolicam Sedem et Civitatem Zimbabuanam prospere sunt feliciterque susceptae idcirco nimirum ut commune utriusque partis commodum et bonum in singulos magis dies augesceret, Apostolicam Nuntiaturam inibi etiam condere peropportunum Nobis iam videtur. Re igitur mature quidem expensa Nos pro Apostolicae potestatis Nostrae plenitudine hasce per Litteras Apostolicas condimus simulque constituimus Nuntiaturam Apostolicam apud Rem Publicam Zimbabuae, dum eidem legationi omnia et singula munera privilegia atque indulta concedimus quae illius modi Legationum propria esse consueverunt. Quae ideo universa edicimus ac statuimus ut Apostolicarum harum Litterarum virtute tam nunc quam posthac plenissime valeant. Contrariis neutiquam obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxvii mensis Iunii anno MCMLXXX, Pontificatus Nostri secundo.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco © Sigilli

In Secret. Status tab., n. 648/(6.

II

Venerabili Servo Dei Aloisio Orione Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « In variis vitae generibus et officiis una sanctitas excolitur ab omnibus, qui a Spiritu Dei aguntur, atque voci Patris oboedientes Deumque Patrem in spiritu et veritate adorantes, Christum pauperem, humilem, et crucem baiulantem sequuntur» (Conc. Vat. II, *Lumen Gentium,* 41). Ad hanc vero sanctitatem adquirendam « peculiari ratione tenentur sacerdotes, quippe qui, Deo in Or-

dinis receptione novo modo consecrati, Christi Aeterni Sacerdotis viva instrumenta efficiantur,ut mirabile opus Eius... per tempora persequi valeant» (Conc. Vat. II, *Presbyterorum Ordinis,* 12). Huiusmodi autem singularis sanctitatis specimina portendit hisce nostris temporibus sacerdos Aloisius Orione, cuius fama per universum fere orbem iam late praedicatur. Is in humili prorsus pago *Ponteour one,* Derthonensis dioecesis, ex patre Victorio et matre Carolina Feltri pauperibus piisque coniugibus, ortum habuit die vicesima tertia mensis Iunii anno **MDCCCLXXii,** ac postridie in paroeciali templo S. Mariae in coelum Assumptae baptizatus est, nomine accepto Aloisio. Cum septimum aetatis annum ageret sacro Chrismate est linitus, ac parum postea ad sacram Synaxim primum accessit. Vocationem ad statum ecclesiasticum puer adhuc persentiens, anno **MDCCCLXXXVI** in percelebre oratorium Taurinense a S. Ioanne Bosco fuit admissus, ubi Beatum Michaelem Rua confessarium habuit et animi moderatorem. Tribus vero annis postea, iuxta consilium quod ad sepulcrum S. Ioannis Bosco ceperat, seminarium Derthonense petiit, ubi pietate, studiis ac disciplinae observantia excelluit. Studiorum curriculo rite absoluto, die decima tertia mensis Aprilis anno **MDCCCXCV**, viginti tres annos natus, ad Presbyteratum fuit promotus, ac statim actuositatem pastoralem, quam antea inter pueros iam inceperat, in dies impensius exercuit, praedicationi praesertim et audiendis confessionibus maximo animi ardore addictus. Studio incensissimo captus omnes homines, si fieri posset, Christo lucrifaciendi, nihil omisit ut quos inveniret ad hunc finem dispositos sibi coniungeret ac suis incoeptis sociaret. Binam etiam religiosam Familiam excitavit, aliam virorum, *Piccola Opera delia Divina Provvidenza* lingua Itala nuncupatam, alteram vero mulierum, *Piccole Suore Missionarie delia Carita* appellatam, cui postea peculiarem ramum addidit Sororum caecitate laborantium, quae SS. Eucharistiam indesinenter adorant. Summi Pontifices, praesertim vero S. Pius X, Aloisium Orione magni habuerunt. Plures quoque Patres Cardinales, Episcopi nec non civiles perillustres viri suam admirationem atque affectionem eidem ob egregia eius facinora pandere non dubitaverunt. Inter quae illud mentione dignum est quod obiit occasione terrae motuum, qui anno **MCMVIII** Siculas et Calabras, anno vero **MCMXV** Marsicanas regiones everterunt, cum Dei Famulus die noctuque eversos locos impigre peragravit, subsidia tulit, orphanos collegit, maerentes solatus est, cibos et vestes, nomine et auctoritate cum Ecclesiae tum etiam Rei publicae sapienter distribuit. Nec minorem ostendit caritatem cum

prudentia coniunctam erga sacerdotes, modernistarum erroribus allectos vel in vitia lapsos, quos ad bonam frugem reducere conatus est. De unitate, praeterea, inter christianos redintegranda maximopere fuit sollicitus, quare domus religiosas in orientalibus plagis, praesertim vero inter Polonorum fines, fundandas curavit. Tot laboribus, itineribus, vigiliis, ieiuniis ac diversis etiam morbis gradatim fractus, die duodécima mensis Martii anno **MCMXL**, dum Remopoli recuperandae salutis causa consisteret, subitáneo cordis ictu fuit correptus, ac nomine Iesu, quod saepissime in ore habere consueverat, ferventissime ter prolato, animam suam Domino reddidit. Fama autem sanctitatis post eius obitum late percrebrescente, Processus Ordinarius Informativus in Curia Derthonensi fuit rite institutus; ac post disceptationem apud S. Congregationem Rituum de more absolutam, Ioannes XXIII P. M. Commissionem Introductionis Causae sua manu signavit die undetricesima mensis martii, anno **MCMLXIII**. Deinde, Apostolicis Processibus tum Derthonae tum Messanae confectis, de virtutibus fuit disceptatum, et quidem primum in Congressu Peculiari Officialium Praelatorum et Patrum Consultorum die septima mensis Iunii anno **MCMLXXVII**, postea in Congregatione Plenaria Patrum Cardinalium die vicesima secunda mensis Novembris eiusdem anni habita. Quibus praehabitis, Paulus VI, Decessor Noster, die sexta mensis Februarii anno **MCMLXXVIII**, sollemniter edixit Aloisium Orione virtutes tum théologales tum cardinales heroum more exercuisse. Mox accessit disceptatio de miraculo, per intercessionem Dei Famuli divinitus patrato, de mira scilicet sanatione adulescentis Georgii Passamonti, super qua Processus tum Ordinarius tum Apostolicus in Curia Laudensi habitus antea fuerat. Postquam vero Medicorum Consilium S. Congregationis pro Causis Sanctorum unanimi consensione praedictam sanationem praeter naturae vires evenisse dixerat, primum Praelati Officiales Patresque Consultores in Peculiari Congressu die octava mensis Ianuarii anno **MCMLXXX** habito, deinde Patres Cardinales in Congregatione Plenaria diei vicesimae secundae mensis Februarii eiusdem anni disceptaverunt. Nos vero, post relationem Nobis a Cardinali Praefecto de re factam, die undetricesima mensis Aprilis anno **MCMLXXX** ediximus constare de proposito miro. Cumque de existentia signorum in Congressu Ordinario diei decimae tertiae mensis Iunii eiusdem anni sat constitisset, petitam dispensationem ab altero miraculo ad Beatificationem requisito die undevicesima eiusdem mensis et anni concessimus. Quibus omnibus expeditis, Nos hanc diem vicesimam sextam mensis Octobris anno **MCMLXXX** ad

Beatificationem sive Aloisii Orione Sacerdotis, sive Annae Mariae Sala Religiosae, sive Bartholomaei Longo statuimus. Qua, adstantibus nonnullis Patribus Cardinalibus, plurimis Episcopis et ingenti christifidelium turba, in Petriano foro inter Missarum sollemnia haec verba pronuntiavimus : « Nos, vota Fratrum Nostrorum Aloisii Bongianino, episcopi Derthonensis, Caroli Mariae Martini, archiepiscopi Mediolanensis, Dominici Vacchiano, Praelati Pompeiani seu Beatissimae Virginis Mariae a SS.mo Rosario, necnon plurium aliorum Fratrum in Episcopatu, multorumque christifidelium explentes, de Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum consulto, auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus, ut Venerabiles Servi Dei Aloisius Orione, Maria Anna Sala, Bartholomaeus Longo, Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die ipsorum natali : Beati Aloisii Orione, die duodécima Martii, Beatae Mariae Annae Sala, die vigesima quarta Novembris, Beati Bartholomaei Longo, die quinta Octobris, in locis et modis iure statutis, quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ». Dein sermonem de novensilibus Beatis habuimus, eorumque protectionem primi invocavimus. Ceterum haec quae gessimus rata esse iubemus, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxvi mensis Octobris, anno **MCMLXXX**, Pontificatus Nostri tertio.

A**UGUSTINUS** Card. C**ASAROLI**, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco £& Sigilli

In Secret. Status tab., n. 59771.

III

SS. Apostoli Petrus et Paulus confirmantur Patroni principales dioecesis de Phat-Diem, in Vietnamia.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Quandoquidem sancta Christi Ecclesia, in similitudinem Evangelicae naviculae laetatur ventis et tempestatibus huius procellosi maris, idcirco consueverunt Romani Pontifices, qui sunt Ecclesiae gubernatores, singulas dioeceses caelestibus Patronis concredere, qui sua virtute, prece, intecessione eas protegant. Qua re, cum Venerabilis Frater Bui-Chu-Tao, Episcopus de Phat-Diem, in Vietnamia, ab hac Apostolica Sede petierit ut electionem beatorum Petri et

Pauli in Patronos principales dioecesis, quam clerus populusque fecisset, ipse, Episcopus, probavisset, auctoritate Nostra confirmaremus ad normam Instructionis De Calendariis particularibus atque officiorum et Missarum Propriis recognoscendis, n. 30; Nos, rati id posse vinculum amoris constringere, quod cum Apostolica Sede dioecesi illi intercedit, aequissimo animo admotae expostulationi concedimus, fore sperantes ut data facultas pietatem erga Deum eiusque Apostolos augeat. Quae cum ita sint, ea confirmantes, quae Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione hac de re statuit, factis a Nobis potestatibus, SS. Apostolos Petrum et Paulum Patronos principales nominamus, declaramus, renunfiamus dioecesis de Phat-Diem, factis iuribus atque liturgicis concessionibus, quae fieri solent, modo ea servata sint, quae ea Instructione continentur. Contrariis minime obstantibus. Ceterum, Pastori ac gregi dioecesis de Phat-Diem a Deo bona omnia expetimus, Patris amore.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxu mensis Februarii, anno MDCCCCLXXXI, Pontificatus Nostri tertio.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco £g Sigilli

In Beeret. Status tab., n. 6107$.

IV

Sanctus Bernardinus Senensis Patronus principalis dioecesis Bernardinopolitanae in California confirmatur; Beata vero Virgo Maria, Dominae Nostrae Guadalupensis sub titulo, Patrona secundaria.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Bernardinopolitanae dioecesis clerus atque Christifideles amorem fervidum publicumque honorem erga praeclaram divini Redemptoris matrem Mariam et Sanctum Bernardinum Senensem semper sunt testati ; hisce tamen praesertim annis maxima cum fide et pietate eos sunt venerati singulareque in eos religionis studium commonstrarunt. Postquam vero ibi nova constituta est dioecesis Bernardini Senensis nomine, probatum istum Bernardinopolitani populi morem sacrorum Antistes Venerabilis Frater Philippus Franciscus Straling libenter excepit ; atque eo motus consilio ut gregem suae dicionis ad certiorem prosperitatem et florem adduceret, copiosiusque auxilium et praesidium de caelis consequeretur, electionem Sancti Bernardini Se-

nensis presbyteri in Patronum principalem nec non Beatae Mariae Virginis sub titulo v. d. « Our Lady of Guadalupe » in Patronam secundariam apud Deum dioecesis suae rite probavit. Illam autem laudabilem electionem, postquam memoratus Praesul iure petivit ut Nos sanciremus secundum liturgicas normas, intelleximus maxime profuturam esse totius Bernardinopolitani populi tum fidei confirmationi tum pietatis infiammationi. Quapropter ex consulto Sacrae Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino deque Apostolica Nostra potestate, Sanctum Bernardinum Senensem Presbyterum Patronum principalem atque Beatam Mariam Virginem sub titulo v. d. « Our Lady of Guadalupe » Patronam secundariam coram omnipotenti Deo dioecesis Bernardinopolitanae perlibenter confirmamus, atque omnia simul concedimus iura et privilegia liturgica illuc spectantia, ad regulas nempe Instructionis eiusdem Sacrae Congregationis « De Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis, n. 30». Contrariis quibusvis nullo pacto obstantibus. Ceterum praecipimus ut hae Litterae Nostrae accuratissime observentur suosque effectus plenos in praesens posterumque habeant tempus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die x mensis Martii, anno **MCMLXXXI**, Pontificatus Nostri tertio.

A**UGUSTINUS** Card. C**ASAROLI**, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco £8 **Sigilli**

In Secret. Status tab., n. 59551.

V

Copiarum navalium Venetiolae nationis constituitur caelestis Patrona ipsa Beatissima Virgo Maria sub titulo « Dominae Nostrae de Valle » honorata.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Pluribus iam inde ab annis compertum omnibus est Venetiolanos nautas singulari quidem pietate prosequi cultuque Sanctissimam Virginem Mariam quam non sine causa « Dominam Nostram de Valle » nuncupent quippe cuius prodigiosa ab illis excolatur imago in templo paroeciali a Sancto Spiritu in Insula Margaritae dioecesis ipsius Margaritensis. Merito igitur factum est ut Venerabilis Frater Martialis Ramírez Ponce, Episcopus titulo Caria-

nensis necnon Auxiliaris Caracensis et moderator officii supremi Cappellaniae copiarum omnium in Venetiola, vota communia amplexus atque Coetum ibi Episcoporum rite percontatus approbaret electionem Beatae Mariae Virginis sub memorato titulo vulgari « Nuestra Señora del Valle » in Patronam apud Deum copiarum navalium sive classicorum militum in Venetiola eandemque electionem iam factam peteret hac ab Apostolica Sede ut ipsa vicissim sanciret. Nos autem plurimum sane tribuentes efficacitati eius modi patronatus caelestis pro singulis qui eo adiiciuntur et praevidentes iam salutares fructus illius liturgicae dignitatis praesertim inter náuticos ipsos milites perlibenter confirmamus id omne quod flagitanti iam illi Episcopo Cappellaniae moderatori officii concessit Sacra Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino atque certa scientia et matura deliberatione Nostra de Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi ac perpetuum in modum Beatissimam Virginem Mariam — sub appellatione Dominae Nostrae de Valle — praecipuam apud Deum Patronam universorum militum copiarumque classicorum in Venetiola confirmamus seu iterum constituimus ac renuntiamus cunctis additis simul honoribus et privilegiis quae praecipuis huius generis Patronis iure congruunt. Contrariis quibuslibet neutiquam obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub anulo Piscatoris die xvi mensis Martii anno **MCMLXXXI**, Pontificatus Nostri tertio.

A**UGUSTINUS** Card. C**ASAROLI**, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco ✠ Sigilli

In Secret. Status tab., n. 61637.

VI

Sacrarium « Domini a Miraculis » in dioecesi Sanctae Rosae de Osos ad gradum tollitur Basilicae Minoris dignitatemque.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Sacra aedes illa honori cultuique Sancti Petri destinata in finibus dioecesis Sanctae Rosae de Osos in Columbia a principio iam tegit atque continenti Christifidelium venerationi ostendit suo in quodam sacello praeclaram Christi Iesu imaginem titulo appellari solitam « Domini a Miraculis », sive dicitur vulgari sermone «El Señor de los Milagros». Cum autem templum idem illud eiusque

memoratum sanctuarium non modo artis sacrae praestantioribus emineret exemplis verum etiam ob id Christi Domini simulacrum prodigiosum a frequentioribus usque credentium inviseretur turnus, placuit Venerabili Fratri Ioachim García Ordóñez ipsi Sanctae Rosae de Osos Episcopo petere hac ab Sede Apostolica ut pro sua dignitate et claritate sacellum istud rite eveheretur ad Basilicae Minoris liturgicum gradum. Nos proinde certo fore confisi ut additus hic perpulcher titulus adiuvet fidelium pietatem corroboretque vitae catholicae vigorem universa in dioecesi admodum libentes adsentimur precibus ita prolatis ac de sententia Sacrae Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino constituimus harum Litterarum virtute ut sacrarium quod nominavimus «Domini a Miraculis» in templo Sancti Petri sacro dioecesis Sanctae Rosae de Osos ad statum promoveatur condicionemque Basilicae Minoris simulque ut adiciantur eidem sacello cuncta iura ac privilegia quae cultus locis hoc nomine honestatis legitime conveniunt. Praecipimus vero ut singula ea accuratissime serventur quae secundum Decretum « De titulo Basilicae Minoris » die vi mensis Iunii anno **MCMLXVIII** foras datum oportet nimirum serventur. Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xvn mensis Martii anno **MCMLXXXI**, Pontificatus Nostri tertio.

A**UGUSTINUS** Card. C**ASAROLI,** *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco £B **Sigilli**

In Secret. Status tab., n. 61//63.

VII

In Re publica Togana Nuntiatura Apostolica conditur.

IOANNES PAULUS PP, II

Ad perpetuam rei memoriam. — Quoniam in praesenti publicae necessitudinis rationes, quae huic Apostolicae Sedi cum Republica Togana intercedunt, feliciter coniunctae sunt, quo firmiores eae redderentur aptiusque Christifidelium ibi degentium supernae saluti provideretur atque regimini, peropportunum Nobis est visum Apostolicam Nuntiaturam in ista Civitate condere. Itaque certa scientia ac matura deliberatione deque Nostra summa potestate, harum Litterarum vi, Apostolicam Nuntiaturam apud Rempublicam Toganam erigimus et

constituimus, eidemque omnia et singula deferimus officia, privilegia atque indulta, quae Legationum huiusmodi propria sunt. Haec edicimus, statuimus, decernentes has Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere suosque plenos atque integros effectus sive nunc sive in posterum obtinere et sortiri. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **XXI** mensis Aprilis, anno **MCMLXXXI**, Pontificatus Nostri tertio.

A**UGUSTINUS** Card. C**ASAROLI,** *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco £B **Sigilli**

In Secret. Status tab., n. 66620.

ALLOCUTIONES

I

Die Pentecostes, ad Clerum et Populum mane in Petriana basilica congregatos, XVI exeunte saeculo a Concilio Constantinopolitano I celebrato, habita. *

1. *Credo in Spiritum Sanctum, Dominum et vivificantem!*

NelPodierno solenne giorno delia Pentecoste la Chiesa Romana si rallegra delia presenza di tanti Fratelli e Sorelle nella fede, dei pellegrini venuti da diverse parti del mondo, come anche degli abitanti che stabilmente risiedono nella Città eterna.

Essa si rallegra in modo particolare delia *vostra presenza, amati Fratelli* Cardinali e Vescovi, che siete al servizio del Popólo di Dio in mezzo alle diverse nazioni : Voi che, al mio invito, siete oggi convenuti in questa Sede e adesso concelebrate la Santissima Eucaristía presso la confessione di San Pietro.

Ecco, noi desideriamo confessare con un grande grido delia nostra voce e dei nostro cuore la verità che sedici secoli fa *il primo Concilio Costantinopolitano* formuló ed espresse nelle parole cosí ben conosciute.

Desideriamo esprimerla cosi, come fu espressa allora :

FFiarevo/usv... eïç r ó nvevfjta t o ayiov, r o KVQIOV Kal ZOJOTZOIOV, TO SK rov ITargôç exTzooevo/uevov, TO avv IJarQÏ Kal Ylcp avfjiTiQoo-KVVOVjuevov Kal avvôoÇaÇojbievov, TO XaXfjoav ôtà rojv 7tQ0(pr¡xcóv.

* **Die 7 m. Iunii a. 1981** ***{per radiophonicas undas missa).***

«Credo... iri Spiritum Sanctum Dominum et vivificatorem, ex Patre procedentem, cum Patre et Filio adorandum et conglorificandum, qui locutus est per prophetas ».

E perciô i nostri pensieri e i nostri cuori, traboccanti di gratitudine verso lo stesso Spirito di Verità, si rivolgono contemporáneamente a *quella sede,* che ha avuto la fortuna di ospitare quel venerando Concilio — il primo Costantinopolitano, che fu il secondo Concilio ecuménico dopo quello Mceno — dove nelPodierna festa anche il nostro Venerabile Fratello Dimitrios I, patriarca di Costantinopoli, ringrazia PEterna Luce per aver illuminato, sedici secoli fa, le menti dei nostri Predecessori nelPEpiscopato con lo splendore di quella Verità, che nelParco di ormai cosi numeróse generazioni ha mantenuto nelP unita delia fede allora professata la grande famiglia dei confessori di Cristo.

E benché nei diversi tempi e luoghi siano sorte delle scissioni nelPunica Chiesa di Cristo, la fede professata dai nostri santi Predecessori nel *Credo* niceno-costantinopolitano *testimonia delVunitá originaria e permanente delia Chiesa e ei richiama di nuovo a ricomporre* la piena unita di tutti i discepoli di Gesù Cristo.

Perciô, tutti salutiamo oggi con particolare gioia i Venerabili Delegati del Patriarcato Ecuménico di Costantinopoli, guidati dall'Em.mo Metropolita DamasMnos, come pure gli altri Venerabili Rappresentanti delle Chiese e Comunità Ecclesiali, che ci onorano con la loro presenza. Di una simile gioia ei riempie il fatto che la nostra Delegazione, guidata dal Cardinale Massimiliano de Furstenberg, inviata dal Vescovo di Roma alia Sede dei Patriarcato di Costantinopoli, puô partecipare alia splendida *Liturgia* commemorativa dello storico avvenimento, mediante la quale ambedue le Chiese sorelle di Roma e di Costantinopoli desiderano venerare la Maestà di Dio per Popera svolta dal Concilio di mille e seicento anni f a.

2. Puô esserci un giorno più adatto del giorno delia Pentecoste per una tale celebrazione?

Siamo riuniti — voi anche físicamente ed io spiritualmente — sotto la volta di questa Basilica, e tutta la nostra coscienza è compenetrata dal ricordo dei *Cenacolo gerosolimitano,* in cui proprio nel giorno delia Pentecoste « si trovavano tutti »[1] quelli che costituivano la primis-

[1] *At* 2, 1.

sima Chiesa. Si trovavaho *nello stesso luogo in cui* — cinquanta giorni prima — *la sera del giorno delia risurrezione era venuto* tra loro Gesù. «Venne..., si fermô in mezzo a loro e disse: "Pace a voi"! Detto questo, mostró loro le mani e il costato ».[2] In quel momento non potevano più avere alcun dubbio, «e i discepoli — scrive Pevangelista — gioirono al vedere il Signore »,[3] il Signore Risorto. Allora ((Gesù disse loro di nuovo : "Pace a voi" ! Corne il Padre ha mandato me, anch'io mando voi ».[4] disse, insomma, parole già conosciute, eppure nuove : nuove per la novità di tutto il Mistero pasquale, nuove per la novità del Signore Risorto, che le pronunciava : ((io *mando voi...)).*

E soprattutto erano nuove per ció che, subito dopo di esse, veniva affirmato da Cristo. Ecco infatti : « Dopo aver detto questo, egli alitó su di loro e disse : « Ricevete lo Spirito Santo ».[5]

Cosi, già allora ricevettero Io Spirito Santo. Già allora si era iniziata la Pentecoste, quella che sarebbe giunta cinquanta giorni dopo alia sua piena manif estazione ; e questo f u necessario, affinché potesse maturare in essi e rivelarsi alPesterno ció che era accaduto, quando avevano sentito : « Ricevete Io Spirito Santo ... », *affinché potesse nascere la Chiesa.* Nascere vuol dire uscire nel mondo e, per questo fatto, diventare visibile in mezzo agli uomini. Proprio nel giorno delia Pentecoste la Chiesa usci nel mondo e diventô visibile in mezzo agli uomini.

E ciô si realizzô nella potenza di quella sera pasquale, la sera di quello stesso giorno delia Risurrezione ;[6] ció avvenne nella potenza delia passione e delia morte dei Signore, il quale perô, già alla vigilia di questa passione, aveva detto chiaramente : « ... se non me ne vado, non verra a voi il Consolatore *(Paracletos) ;* ma quando me ne saró andato, ve lo manderô ».[7] Se ne era andato, quindi, attraverso la croce e ritornô attraverso la risurrezione, ma non già per rimanere, bensi *per alitare sugli apostoli e per dir loro* : « Ricevete » ! « Ricevete Io Spirito Santo » !

Oh, quant'è buono il Signore! *Egli diede loro lo Spirito Santo,* che è Signore e dà la vita..., e con il Padre e il Figlio riceve la stessa gloria e adorazione ... Egli, uguale nella Divinità. Gesù diede loro lo

[2] *Qv* 20, 19-20.
[3] *Qv* 20, 20.
[4] *Qv* 20, 21.
[5] *Qv* 20, 22.
[6] Cfr. *Qv* 20, 19.
[7] *Qv* 16, 7.

Spirito Santo ; disse ((ricevete ». *Ma, più ancora, non ha f or sc dato, non ha affidato loro stessi alio Spirito Santo?* Puô Puomo « ricevere » il Dio vivente e possederlo come « proprio ». ?

Allora Cristo diede gli Apostoli, quelli che erano Pinizio dei Nuovo Popólo di Dio ed il fondamento delia sua Chiesa, alio Spirito Santo, alio Spirito che il Padre doveva mandare nel Suo nome,[8] alio Spirito di verità,[9] alio Spirito, per mezzo del quale Pamore di Dio è stato riversato nei nostri cuori ; [10] *U ha dati alio Spirito perché a loro volta* ***10*** *ricevessero come il Dono;* Dono ottenuto dal Padre per Popera del Messia, del Servo Sofferente di Jahve, di cui paria la profezia di Isaia.

E, perciô, egli ((mostró loro le mani e il costato »,[11] cioè i segni dei sacrificio cruento, e poi aggiunse ancora : « A chi rimetterete i peccati saranno rimessi; e a chi non Ii rimetterete, resteranno non rimessi ».[12]

Con queste parole *egli conforma il Dono* : è il Dono dei Consolatore, 11 Dono dato alia Chiesa per Puomo, che porta in sé Peredità del peccato. Per ogni uomo e per tutti gli uomini.

È il Dono dalPAlto, dato alia Chiesa che è mandata a tutto il mondo.

Nel giorno delia Pentecoste gli Apostoli, e insieme a loro quella primissima Chiesa, *uscirono* da questo *cenacolo* pasquale, e subito si trovarono *in mezzo al mondo soggetto al peccato e alla morte,* e vi si troveranno con la testimonianza delia Risurrezione.

S. *Credo in Spiritum Sanctum, Dominum et vivificantem ...*

Nel ricordo dei Concilio Ecuménico Costantinopolitano primo, professiamo oggi *la stessa fede* in Colui che è Signore e dà la vita, che con il Padre e il Figlio riceve la stessa gloria e adorazione ; e, identificando questa venerata Basilica di san Pietro in Roma con Pumile Cenacolo gerosolimitano, *noi riceviamo Io stesso Dono!* «Ricevete lo Spirito Santo ».[13] Noi riceviamo lo stesso Dono, cioè afiidiamo *noi stessi, la Chiesa alio stesso Spirito Santo, al quale una volta per sempre Essa fu affidata* già quella sera del giorno delia Risurrezione e poi al mattino delia festa delia Pentecoste. Ed anzi *rimaniamo in questo affidamento*

[8] **Cfr. *Ov* 14, 26.**
[9] ***Ov* 14, 17; 15, 26; 16, 13.**
[10] **Cfr. *Rm* 5, 5.**
[11] ***Gv* 20, 20.**
[12] ***Gv* 20, 23.**
[13] ***Gv* 20, 23.**

alio Spirito Santo, che Cristo allora opero « mostrando loro le mani e il costato)),[14] i segni delia sua passione, prima di dire : « Come il Padre ha mandato me, anch'io mando voi ».[15]

Noi rimaniamo in questo affidamento alio Spirito Santo, che costitui la Chiesa e continuamente la costituisce sulle stesse fondamenta. Noi rimaniamo, quindi, in questo affidamento alio Spirito Santo, mediante il quale siamo la Chiesa, e mediante il quale siamo mandati, cosi come furono mandati dal Cenacolo quei primi apostoli e la primissima Chiesa gerosolimitana, quando, come dopo un colpo di vento che si abbatté gagliardo, dopo Papparizione delle lingue di fuoco su ciascuno di loro,[16] essi uscirono tra la folla numerosa che era venuta a Gerusalemme per le feste, e *parlar ono in diverse lingue* « come lo Spirito dava loro il potere d'esprimersi));[17] e dagli uomini che parla vano in diverse lingue furono ascoltati come coloro che annunziavano « nelle nostre lingue le grandi opere di Dio ».[18]

Rimaniamo, quindi, in questo affidamento alio Spirito Santo, e dopo quasi duemila anni nient'altro desideriamo che rimanere in Lui, non separarci da Lui in nessun modo, non « rattristarlo » mai : [19]

— perché soltanto in Lui è con noi Cristo;

— perché solo col suo ahito possiamo dire : « Gesù è Signore)) ;[20]

— perché soltanto per la potenza delia sua grazia possiamo gridare : « Abbà, Padre » ;[21]

— perché soltanto per sua potenza, per la potenza dello Spirito Santo, che è Signore e dà la vita, noi *siamo la stessa Chiesa,* la Chiesa in cui «vi sono ... diversità di carismi, ma uno solo è lo Spirito; vi sono diversité di ministeri, ma uno solo è il Signore; vi sono diversità di operazioni, ma uno solo è Dio, che opera tutto in tutti. Ea ciascuno è data una manifestazione particolare dello Spirito per Putilità comune)).[22]

Cosi dunque siamo nello Spirito Santo e in Lui desideriamo rimanere :

[14] **Cfr. *Gv* 20, 20.**
[15] ***Gv* 20, 21.**
[16] **Cfr. *At 2,* 2-3.**
[17] ***At* 2, 4.**
[18] ***At 2,* 11.**
[19] **Cfr. *Ef* 4, 30.**
[20] ***1 Cor* 12, 3.**
[21] ***Rm* 8, 15.**
[22] ***1 Cor* 12, 4-7.**

— *in* ***Lui,*** che ë lo Spirito il quale da la vita ed è una sorgente di aequa zampillante fino alia vita eterna ;[23]

— *in Lui,* per il quale il Padre rida la vita agli uomini morti per il peccato, finché un giorno restituirá in Cristo i loro corpi mortali ;[24]

—.*in Lui,* nello Spirito Santo, che dimora nella Chiesa e nei cuori dei fedeli,[25] ed in essi prega e rende testimonianza delia loro adozione filiale;[26]

— *in Lui, che* istruisce la Chiesa con diversi doni gerarchici e carismatici e col loro aiuto la guida, e la arricchisce di frutti ;[27]

— *in Lui,* che con la forza del Vangelo fa ringiovanire la Chiesa e continuamente la rinnova e la conduce alla perfetta unione col suo Sposo.[28]

Si. In Lui : nello Spirito Santo, nel Paraclito noi *desideriamo rimanere,* cosi corne ci ha affidati a Lui — alio Spirito del Padre — Cristo crocifisso e risorto. Ci ha affidati a Lui, donándolo a noi : agli Apostoli ed alia Chiesa, quando nel Cenacolo gerosolimitano ha detto : « Ricevete Io Spirito Santo x».[29]

E queste parole hanrio cominciato ad aver pratica attuazione dinanzi a tutte le lingue e nazioni nel giorno delia Pentecoste, nel giorno in cui la Chiesa è nata nel Cenacolo di Gerusalemme ed è uscita nel mondo.

4. *Credo in Spiritum Sanctum, Dominum et vivificantem ...*

Questa fede degli Apostoli e dei Padri, che il Concilio Costantinopolitano nelPanno 381 solennemente professo ed insegnö a professare, noi, riuniti in questa Basilica Romana di san Pietro, in unita spirituale con i nostri Fratelli, che celebrano la liturgia giubilare nella Cattedrale del Patriarcato Ecuménico di Costantinopoli, desideriamo professare, insegnandola *con la stessa purezza e potenza nelVanno 1981,* corne la professo ed insegnô a professare quel venerable Concilio sedici secoli f a.

[23] **Cfr. *Gv* 4, 14; 7, 38-39.**
[24] **Cfr. *Bm* 8, 10-11.**
[25] **Cfr. *1 Cor* 3, 16; 6, 19.**
[26] **Cfr. *Gal* 4, 6; *Bm* 8, 15-16 e 26.**
[27] **Cfr. *E f* 4, 11-12; *1 Cor* 12, 4; *Gal* 5, 22.**
[28] **Cfr. Cost. dogm. *Lumen Gentium,* 4.**
[29] ***Gv* 20, 22.**

Desideriamo anche attuare alia sua luce 1'insegnamento dei Concilio Vaticano II, di quel Concilio dei nostri tempi, il quale ha manifestato cosi generosamente 1'opera dello Spirito Santo, che è Signore e dà la vita, in tutta la missione delia Chiesa. Desideriamo, quindi, di attuare nella vita questo Concilio, che è diventato *la voce e il compito delle nostre generazioni,* e di comprendere ancora più profondamente 1'insegnamento degli antichi Concili e, in particolare, di quello che si svolse mille seicento anni fa a Costantinopoli.

In questa luce — fissando lo sguardo sui mistero dell'unico Corpo, che è composto da diverse membra — noi auspichiamo con nuovo fervore *che si realizzi quelVunità* a cui, in Cristo, sono chiamati tutti coloro che — secondo le parole di Paolo — sono stati « battezzati in un solo Spirito per formare un solo corpo » ;[30] tutti coloro che sono stati « abbeverati a un solo Spirito ».[31] Lo auspichiamo in particolare con nuovo fervore, nel giorno odierno, che ci ricorda i tempi delia Chiesa indivisa. E perciô gridiamo :

((O luce beatissima,
invadí nelP intimo
il cuore dei tuoi fedeli » *(Sequenza),*

ai nostri tempi, nei quali la faccia delia terra si è tanto arricchita grazie alla creatività ed al lavoro delPuomo mediante le opere delia scienza e delia técnica, quando tanto profondamente sono già stati esplorati *V interno delia terra e gli spazi delV universo cósmico,* quando contemporáneamente Pumanità si trova dinanzi á minacce tuttora sconosciute da parte delle forze che Puomo stesso ha sprigionato.

Oggi noi, Pastori delia Chiesa, eredi di coloro che ricevettero lo Spirito Santo nel Cenacolo delia Pentecoste, dobbiamo uscire, cosi come loro, *consapevoli delV immensité del Dono,* che nella Chiesa viene partécipato dalla famiglia umana : noi dobbiamo uscire ... continuamente *uscire nel mondo* e, trovandoci in diversi luoghi delia terra, dobbiamo ripetere con ancor maggiore fervore :

Scenda il tuo Spirito, e rinnovi la faccia delia terra!

Scenda ! ...

Attraverso la storia delPumanità, attraverso la storia del mondo visibile la Chiesa non cessa di confessare :

[30] ***1 Cor* 12, 13.**

[31] ***1 Cor* 12, 13.**

Credo nello Spirito!
Credo nello Spirito Santo, che è Signore e dà la vita.
Credo in Spiritum Sanctum, Dominum et vivificantem.
In questo Spirito noi rimaniamo. Amen.

II

Die Pentecostes, ad Clerum et Populum vesperi in area Liberianae basilicae congregatos, XV saeculo cum dimidio exeunte a Concilio Ephesino celebrata, habita.*

I. ATTO DI VENERAZIONE

1. *Credo in Spiritum Sanctum, Dominum et vivificantem.*

Queste parole, con le quali la Chiesa professa la sua fede, ei hanno fatto riunire, nel mattino delPodierna Pentecoste, nella Basilica di San Pietro. Infatti quest'anno si compiono mille seicento anni dal primo Concilio Costantinopolitano, che proprio con queste parole ha espresso la fede nella divinità dello Spirito Santo : ((Qui cum Patre et Filio simul adoratur et conglorificatur ».

Le Stesse parole ci fanno venire, in queste ore serali delia Pentecoste, *alia Basilica di Santa Maria Maggiore.* Se infatti, venerabili Fratelli nell'Episcopato, dobbiamo rendere un pieno oinaggio di adorazione alio Spirito Santo che « dà la vita » (credo in Spiritum Sanctum, Dominum et vivificantem!) allora dobbiamo venerarLo soprattutto in Gesù Cristo : in quel Gesù che fu coneepito dallo Spirito Santo, e nacque da Maria Vergine. Egli infatti, Egli solo, Egli unico, è il frutto più splendidó del-Popera dello Spirito Santo in tutta la storia delia creazione e delia redenzione. Egli è la *pienezza più perfetta di questa vita che lo Spirito Santo dà:* Dio da Dio, Luce da Luce, generato — come Figlio dalla stessa sostanza del Padre — e non creato, che per noi uomini e per la nostra salvezza si è incarnato nel seno delia Vergine Maria per opera dello Spirito Santo.

2. Per venerare quindi lo Spirito Santo nella ricorrenza di quest'anno giubilare, che richiede da noi tutti una particulare devozione verso di Lui, veniamo ora, nella sera di Pentecoste, a questa Basilica

* **Die 7 m. Iunii a. 1981** ***(per radiophonicas undas missa).*** *i.*

Mariana di Roma, nel tempio che da tanti secoli esalta proprio quel culmine e quella *pienezza delVopera dello Spirito Santo nelVuomo.*

Ci induce a questo nuovo incontro anche la circostanza che nel-l'Anno dei Signore 1981, in cui si compiono sedici secoli dal primo Concilio Costantinopolitano, ricorrono anche millecinquecentocinquanta anni dal successivo Concilio in Efeso, che nella viva tradizione delia Chiesa si è iscritto corne il Concilio cristologico e mariologico insieme. L'opéra più splendida realizzata dallo Spirito Santo mediante *V incar-natione,* cioè il divenire uomo dei Verbo Eterno, del Dio-Piglio, si è compiuta col consapevole assenso e con Pumile « fiat » di Colei che, diventando la Madre di Dio, ha detto di se stessa : « Eccomi, sono la serva dei Signore »-[1]

Cosi dunque Popera dello Spirito Santo, Popera più perfetta nella storia delia creazione e delia salvezza, è contemporáneamente costituita dal *fatto che il Figlio di Dio,* delia stessa sostanza delP Eterno Padre, si è fatto uomo — e che Maria di Nazaret, la serva dei Signore delia **Stirpe** di Davide, è diventata *la vera Madre di Dio: Theotokos.* Questa verità **i** Padri dei Concilio di Efeso hanno professato, e tutto il po-pólo cristiano ha accolto tale proclamazione con grandissima gioia.

3. Veniamo quindi, venerabili Fratelli, e insieme voi tutti, amati Figli e Figlie, a questa Basilica Mariana di Roma per annunziare — approfittando dei due importanti anniversarii che convergono — **i** « *magnalia Dei* » : le grandi opere di Dio, che illuminano la via delia Chiesa attraverso i secoli ed **i** millenni. In questo tempo, in cui **ei** avviciniamo al termine del secondo Millennio dalla venuta di Gesù Cristo, desideriamo con rinnovato slancio di fede *rivedere queste vie che Lo hanno introdotto* nel mondo e L'hanno congiunto con la storia delia grande famiglia umana per tutti **i** tempi. Queste vie sono passate attraverso Pinscrutabile azione dello Spirito Santo — Colui che è Signore e dà la vita — e nello stesso tempo attraverso il cuore umile delia serva dei Signore, Maria di Nazaret.

Benedictus Dominas Deus Israel, quia visitavit et fecit redemptio-nem plebis suae!.[2]

Magnificat anima mea Dominum ... quia fecit mihi magna qui potens est.[1]

[1] ***Lc* i, 38.**
[2] ***Lc* 1, 68.**
[3] ***LC* 1, 46-49.**

II. ATTO DI RINGRAZIAMENTO

4. Quando questa mattina ei siamo riuniti nella Basilica di San Pietro in Vaticano, quello splendido tempio ci è sembrato che fosse il povero cenacolo gerosolimitano, nel quale Cristo si presentó dopo la sua Risurrezione, e, dopo aver salutato gli Apostoli con Paugurio di pace, alitô su di essi dicendo : « *Ricevete Io Spirito Santo* ».[4] Mediante queste parole essi ricevettero il Dono, che Egli aveva ottenuto loro mediante la sua passione, e contemporáneamente furono *affidati alio Spirito Santo* sulla strada delia missione, che Cristo aveva aperto dinanzi a loro : « Come il Padre ha mandato me, anch'io mando voi ».[5] Tutta la Chiesa f u allora affidata alio Spirito Santo per tutti i tempi.

Nelle parole pronuncíate la sera del giorno delia Risurrezione ebbe già inizio la Pentecoste delle festività gerosolimitane. Noi che siamo riuniti nella festa di Pentecoste dell'Anno del Signore 1981, *desideriamo ricevere di nuovo lo stesso Dono,* perseverando come Successori degli Apostoli dei Cenacolo nella *férvida deditione alio Spirito Santo,* al quale Cristo già allora ha affidato la Chiesa in modo irreversibile, fino alia fine del mondo.

5. E qui, presso questa Basilica Mariana di Roma, sentiamo in modo ancor nuovo la somiglianza con gli Apostoli che, riuniti nel cenacolo, perseveravano *in preghiera con Maria,* Madre di Cristo. Siamo venuti qui perché, ricordando in modo particulare la presenza di Maria alia nascita delia Chiesa, fissiamo lo sguardo nella sua mirabile Maternità, che è per noi speranza e ispirazione sulle vie delia missione ereditata dagli Apostoli ^- ereditata dal giorno delia Pentecoste gerosolimitana.

6. Oh quanto è bello essere qui !

Quanto è bello che il Concilio Vaticano II, annunciando nel nostro secólo i ((magnalia Dei », ei abbia manifestato *il posto particulare di Maria nel mistero di Cristo e insieme delia Chiesa;* e ei abbia indicato questo posto, seguendo fedelmente Pnsegnamento degli antichi Concili e la luce ereditata dai grandi Padri delia Chiesa e Maestri delia fede.

« *La Madre di Dio è figura delia Chiesa,* corne già insegnava Sant'Ambrogio, nelPordine cioè delia fede, delia carita e delia perfetta

* *Qv* 20, 22.

[5] Cfr. *Gv* 20, 21.

unione con Cristo ... Orbene, la Chiesa, la quale contempla 1'arcana santità di Lei e ne imita la carita ... *diventa essa pure madre:* poiché con la predicazione e il battesimo genera a una vita nuova e immortale i figli, concepiti ad opera dello Spirito Santo e nati da Dio ... Onde anche nella sua opera apostolica la Chiesa giustamente guarda a Colei, che generó Cristo concepito appunto dallo Spirito Santo e nato dalla Vergine per nascere e crescere anche nel cuore dei fedeli per mezzo delia Chiesa ».[6]

7. Ringraziamo lo Spirito Santo per il giorno delia Pentecoste ! Ringraziamolo per la nascita delia Chiesa! Ringraziamolo perché a questa nascita fu presente la Madre di Cristo, che per severa va nella preghiera con la Comunità primitiva !

Ringraziamo per la Maternità di Maria, che si è comunicata e continua a comunicar si alia Chiesa! Ringraziamo per la Madre sempre presente nel cenacolo delia Pentecoste! Ringraziamo perché possiamo chiamarLa anche Madre delia Chiesa !

III. ATTO DI AFFIDAMENTO

8. O Tu, che più di ogni altro essere umano sei stata *affidata alio Spirito Santo,* aiuta la Chiesa dei Tuo Figlio a perseverare nello stesso affidamento, perché possa riversare su tutti gli uomini gli ineffabili beni delia Redenzione e delia Santificazione, per la liberazione delPintera creazione.[7]

O Tu, che sei stata con la Chiesa agli inizi delia sua missione, intercedi per essa affinché, andando in tutto il mondo, ammaestri continuamente tutte le nazioni ed annunzi il Vangelo ad ogni creatura. La parola delia Verità Divina e lo Spirito delP Amore trovino accesso nei cuori degli uomini, i quali senza questa Verità e senza questo Amore non possono davvero vivere la pienezza delia vita.

O Tu, che nel modo più pieno hai conosciuto la forza dello Spirito Santo, quando Ti è stato concesso di concepire nel Tuo seno verginale e di dare alia luce il Verbo Eterno, ottieni alia Chiesa che possa continuamente far rinascere dalPacqua e dallo Spirito Santo i figli e le figlie di tutta la famiglia umana, senza alcuna distinzione di lingua, di

[6] ***Lumen Gentium,* 63-65.**

[7] **Cfr. *Rm* 8, 21.**

razza, di cultura, dando loro in tal modo il « potere di diventare figli di Dio)).[8]

O Tu, che sei cosi profondamente e *maternamente legata* alia Chiesa, precedendo sulle vie delia fede, delia speranza e delia carita tutto il Popólo di Dio, abbraccia tutti gli uomini che sono in cammino, pellegrini attraverso la vita temporale verso gli eterni destini, con quell'amore che lo stesso Reden tore divino, Tuo Figlio, ha riversato nel Tuo cuore dall'alto delia croce. Sii la Madre *di tutte le nostre vie terrene,* perfîno quando esse diventano tortuose, affinché tutti ci ritroviamo, alla fine, in quella grande Comunità che il Tuo Figlio ha chiamato Ovile, ofïrendo per essa la sua vita come Buon Pastore.

O Tu, che sei la prima Serva dell'unità del Corpo di Cristo, aiutaci, aiuta tutti i fedeli, che risentono cosi dolorosamente il dramma delle divisioni storiche dei Cristianesimo, a ricercare con costanza *la via dell'unità* perfetta dei Corpo di Cristo mediante la fedeltà incondizionata alio Spirito di Verità e di Amore, che è stato a loro dato a prezzo delia Croce e delia Morte dei Tuo Figlio.

O Tu, che sempre hai desiderato di serviré ! Tu che servi come Madre tutta la famiglia dei figli di Dio, ottieni alia Chiesa che, arricchita dallo Spirito Santo con la pienezza dei doni gerarchici e carismatici, prosegua con costanza verso il futuro per la via di quel *rinnovamento* che proviene da ciö che dice lo Spirito Santo e che ha trovato espressione nell'insegnamento del Vaticano II, assumendo in tale opera di rinnovamento tutto ció che è vero e buono, senza lasciarsi ingannare né in una direzione né nell'altra, ma discernendo assiduamente tra i segni dei tempi ció che serve all'avvento del Regno di Dio.

O Madre degli uomini e dei popoli, Tu conosci tutte le loro sofferenze e le loro speranze, Tu senti maternamente tutte le lotte tra il bene e il male, tra la luce e le tenebre che scuotono il mondo — accogli il nostro grido rivolto nello Spirito Santo direttamente al Tuo cuore ed *abbraceia con V amore delia Madre e delia Serva dei Signore coloro che questo abbraccio più aspettano,* e insieme coloro il cui affidamento Tu pure attendi in modo particolare. Prendi sotto la tua protezione materna Pintera famiglia umana che, con affettuoso trasporto, a Te, o Madre, noi aflidiamo. S'avvicini per tutti il tempo delia pace e delia liberta, il tempo delia verità, delia giustizia e delia speranza.

O Tu, che mediante il mistero delia *Tua particolare santità,* libera

[8] ***Gv 1,* 12.**

da ogni macchia sin dal momento dei Tuo concepimento, risenti in modo particolarmente profondo che « tutta la creazione gerne e soffre ... nelle doglie del parto »,[9] mentre, « sottomessa alla caducità », « nutre la speranza di essere lei pure liberata dalla schiavitu delia corruzione »,[10] contribuisci, senza sosta, alia « *rivelazione dei figli di Dio* », che « la creazione stessa attende con impazienza »,[11] per entrare nella liberta delia loro gloria.[12]

O Madre di Gesù, glorificata ormai in Cielo nel corpo e nelPanima, quale immagine e inizio delia Chiesa, che dovrà avere il suo compimento nell'età futura — qui sulla terra, fino a quando non verra il giorno del Signore [13] non cessare di *brillare innanzi al Popólo pellegrinante di Dio* quale segno di sicura speranza e di consolazione ».[14]

Spirito Santo Dio, che con il Padre e il Figlio sei adorato e glorificato ! Accetta queste parole di umile affidamento *indirizzate a Te nel cuore di Maria di Nazaret,* Tua Sposa e Madre del Redentore, che anche la Chiesa chiama sua Madre, perché sin dal cenacolo delia Pentecoste da Lei apprende la propria vocazione materna! Accetta queste parole delia Chiesa pellegrinante, pronuncíate tra le fatiche e le gioie, tra le paure e le speranze, parole che sono espressione *di affidamento umile e fiducioso,* parole con cui la Chiesa affidata a Te, Spirito del Padre e dei Figlio, nel cenacolo delia Pentecoste per sempre, non cessa di ripetere insieme con Te al suo Sposo divino : Vieni !

((Lo Spirito e la sposa dicono al Signore Gesù "Vieni" ».[15] « Cosi la Chiesa universale si presenta come un popólo adunato nelPunita del Padre, del Figlio e dello Spirito Santo».[16]

Cosi noi oggi ripetiamo : « Vieni », confidando nella tua materna intercessione, o clemente, o pia, o dolce Vergine María.

[9] *Rm* 8, 22.
[10] *Rm* 8, 20-21.
[11] *Rm* 8, 19.
[12] Cfr. *Rm* 8, 21.
[13] Cfr. *2 Pt* 3, 10.
[14] Cfr. *Lumen Gentium,* 68.
[15] Cfr. *Ap 22,* 17.
[16] *Lumen Gentium,* 4.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Sacra Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit. Videlicet :

die 16 Aprilis 1981. — Cathedrali Ecclesiae Seguntinae-Guadalaiarensi Exc.mum P. D. Iesum Pia Gandía, hactenus Episcopum titularem Raretensem.

die 29 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Catharensi R. D. Marcum Peric, Vicarium Generalem dioecesis Mandetriensis-Dumnensis.

die 25 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Oranensi R. P. Petrum Lucianum Claverie, ex Ordine Fratrum Praedicatorum.

die 27 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Albasitensi Exc.mum P. D. Victorem Oliver Domingo, hactenus Episcopum Tirasonensem.

die 2 Iunii. — Coadiutorem c. i. s. Exc.mi P. D. Ioannis W. Gran, Episcopi Osloensis, Exc.mum P. D. Gerardum Schwenzer, SS. CC., Episcopum Prelatum Trudensem.

die 6 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Verulanae-Frusinatensi Exc.mum P. D. Angelum Celia, hactenus Episcopum titularem Vissalsensem et Auxiliarem Archidioecesis Panormitanae ;

— Cathedrali Ecclesiae Ferentinae Exc.mum P. D. Angelum Celia, hactenus Episcopum titularem Vissalsensem et Auxiliarem Archidioecesis Panormitanam

die 7 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Septemlacunensi, Exc.mum P. D. Iosephum de Lima, hactenus Episcopum Itumbiarensem.

— Cathedrali Ecclesiae Iaboticaballensi, Exc.mum P. D. Aloisium Eugenium Perez, hactenus Episcopum ïalespolitanum.

die 12 Iunii. — Titulari episcopali Ecclesiae Thimidorum Regiorum R. D. Ioannem Wieczorek, parochum in oppido vulgo Bogacica, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Alfonsi Nossol, Episcopi Opoliensis.

die 13 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Aurelianensi R. D. Renatum Picandet, e clero dioecesis Molinensis.

die 15 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Culmensi Exc.mum P. D. Marianum Przykucki, hactenus Episcopum titularem Glendalacensem.

die 27 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Itumbiarensi, R. D. Iosephum Bel vinum do Nascimento, e clero Marianensi.

— Titulari episcopali Ecclesiae Gegitanae R. D. Herminium Negrón Santana, curionem paroeciae vulgo Comerlo in dioecesi Caguana, quem deputavit Auxiliarem Em.mi P. D. Aloisii S. R. E. Cardinalis Aponte Martínez, archiepiscopi S. Ioannis Portoricensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Doliensi R. D. Fridericum Ostermann, parochum in oppido vulgo Rheine, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Rainardi Lettmann, Episcopi Monasteriensis.

— Titulari Episcopali Ecclesiae Afufeniensi, R. D. Franciscum Schulte, curionem paroeciae Sanctae Margaritae, quem deputat Auxiliarem Em.mi P. D. Ioannis S. R. E. Cardinalis Krol, Archiepiscopi Philadelphiensis.

— Titulari Episcopali Ecclesiae Cillitanae, R. D. Aloisium De Simone, curionem paroeciae Sanctae Monicae, quem deputat Auxiliarem Em.mi P. D. Ioannis S. R. E. Cardinalis Krol, Archiepiscopi Philadelphiensis.

— Titulari Episcopali Ecclesiae Equiliensi, R. D. Carolum Grahmann, Vicarium Generalem archidioecesis S. Antonii, quem deputat Auxiliarem Exc.mi P. D. Patricii Flores, Arciepiscopi eiusdem Sedis.

die 30 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Ossoriensi Exc.mum P. D. Laurentium Forristal, hactenus Episcopum titularem Rotdonensem.

— Titulari Episcopali Ecclesiae Tigensi, R. D. Danielem Walsh, Cancellarium Curiae S. Francisci in California, quem deputat Auxiliarem Exc.mi P. D. Ioannis Quinn, Archiepiscopi eiusdem Sedis.

die 10 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Arci Vorthensi, R. D. Iosephum Delaney, Cancellarium Curiae Brovnsvillensis.

die 13 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Geraldtonensi, R. D. Gulielmum Foley, Administratorem Ecclesiae cathedralis Perthensis.

die 21 Iulii. — Titulari Episcopali Ecclesiae Maximianensi in Byzacena, R. D. Alfredum Hughes, rectorem seminarii maioris Bostoniensis, quem deputat Auxiliarem Em.mi P. D. Humberti S. R. E. Cardinalis Medeiros, Archiepiscopi eiusdem Sedis.

die 28 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae S. Ioannis a Lacubus Exc.mum P. D. Iosephum López Lara, hactenus Episcopum Huaiupanensem.

die 30 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Duitamensi Exc.mum P. D. Iesum Mariam Coronado Caro, hactenus Episcopum Girardotensem.

die 3 Augusti. — Cathedrali Ecclesiae Sinceleiensi, R. P. Hectorem Jaramillo Duque, sodalem Societatis S. Francisci Salesii, hactenus Praefectum Apostolicum Ariariensem.

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

i

AREQUIPEN.

Beatificationis et Canonizationis Ven. Servae Dei Annae ab Angelis Monteagudo, Monialis Professae Ordinis S. Dominici (f **1686).**

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Anna ab Angelis Monteagudo, natione Peruviana, natu Arequipensis, religione monialis ex Ordine S. Dominici (1602-1686), laudabilis adeo fuit cum Patre caelesti et hominibus conversationis, ut de eius virtutibus supra communem modum exercitis Paulus Papa VI die 23 Maii anno 1975 edixerit.

Septuaginta fere annos suae vitae religiosae, arcta excelluit paupertate, dum dives misericordiae fuit erga animas defunctorum. Et quae claustri humilitate occulebatur, prece, consilio et opere quinque profuit episcopis et cuncto populo ecclesiae Arequipensis.

Quae sanctimonialis, sicut vitam in terris degens exstitit civibus suis consiliorum et solacii mater, ad superos evecta bonorum mediatrix apud Deum non secus invaluit.

Tot inter suae intercessionis signa, tria per saecula ostensa, miranda haec sanatio nunc aperte agnoscitur pro illius Beatificatione rite assequenda.

Paucis ut recolamus verbis, domina Maria Vera de Jarrin, mater - familias Arequipae nata (a. 1886), die 2 Novembris anni 1931 cuidam in utero explorationi subiecta fuit, ob crebras quas patiebatur metrorragias. Valetudo tamen cum in peius laberetur, die 10 Martii anni 1932 in civico nosocomio de Goyeneche iteratae explorationi penitius submissa est.

Inferiori abdomine resecto, oculis manibusque chirurgi statim procul dubio palam prodiit gravissimum adeno-carcinoma, nedum uteri corpus totum afficiens, sed et in cetera pélvica organa late diffusum. Eapropter medicorum ars in cassum visa est tanto morbo posse obniti, quod letha-

lern prognosim certo secum ferebat. Ideoque, utero fere inoperato, mulier in sua aegrotatione morti obnoxia permansit. At, ne duorum quidem dierum spatio, sine ulla therapia in melius restituta, brevi adeo convaluit, ut mense sequenti ad domestica munera obeunda iam esset idónea. Quae mulier integris viribus ad mortem usque (a. 1966) dies traduxit, maligni supra dicti morbi omnino expers.

Tres a curatione medici, de improvisa morbi resolutione obstupefacti, extemplo censuerunt solius omnipotentis Dei digito moribundam fuisse in plenam valetudinem erectam. Idemque opinati sunt ipsa sanata, eiusque domus tota, cognati et vicini : quippe qui venerabilem sororem Annam Monteagudo, indesinenti fiducia et multiplici supplicatione, sibi sospitem essent adprecati.

Multa subinde et postero tempore collecta sunt documenta, quae de sanatione eiusque duratione fidem facerent. Eaque omnia verbotenus insuper et medici et alii testes, ex iure inducti, confirmarunt in Processu auctoritate Apostolicae Sedis anno 1974 in curiis Limana et Arequipensi constructo. Quam inquisitionem iuxta canonum normas fuisse peractam edixit haec Sacra Congregatio decreto dato die 25 Novembris anni 1977.

Supererat ergo ut iterato iudicio huiusmodi sanatio de more subiceretur, nempe et peritorum Collegii Medicorum et Peculiaris Congressus Consultorum. Unanimis utrobique pro rata parte prolata est sententia : scilicet et morbi curationem praeter medicae scientiae leges evenisse (30 Maii a. 1979) et illam esse undequaque mirum a Deo patratum (11 Novembris a. 1980).

Tertio demum propositum fuit discutiendum mirum coetui Patrum Cardinalium plenario die 27 Ianuarii a. 1981 ; in quo de omnibus retulit Rev.mus D.nus Marius Aloisius Cardinalis Ciappi, Causae huius ponens seu relator, et singuli adunati Patres suam patefecerunt mentem.

Quapropter, in audientia die 5 mensis Februarii huius anni 1981 infrascripto Cardinali Praefecto concessa, Summus Pontifex Ioannes Paulus II huiusmodi sententiam ratam habuit et confirmavit iussitque de casu apparari decretum.

Denique, hac subsignata die, accitis infrascripto S. Congregationis Cardinali Praefecto, Cardinali Causae relatore, meque a secretis Antistite cum ceteris de more convocandis, edixit ; *Constare de uno miraculo, Venerabilis Annae Monteagudo intercessioni tributo,* id est *de rápida, perfecta et duratura sanatione Dominae Mariae Verae de Jarrin, a*

gratissimo et incurabili adeno-carcinomate corporis uterini in tertio gradu.

Quod decretum publici iuris fieri et in Acta S. O. pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Romae, die 30 Martii A. D. 1981.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

L. *B* S.

S3 Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

II

PAPIEN. SEU MEDIOLANEN.

Beatificationis et Canonizationis Ven. **Servi Dei Richardi Pampuri, Medici Chirurgi, Religiosi Professi Ordinis Hospitalarii S. Ioannis a Deo.**

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Apostolorum spiritu ductus et Christi caritate compulsus, monitum ipsius Iesu Christi: «cúrate infirmos)) (cf. *Luc.* 10, 9), pro vitae proposito habuit Famulus Dei Richarus Pampuri, pro certo habens etiam eadem ratione se Evangelii praeconem esse futurum. Natus sub fine praeteriti saeculi, supremum diem Mediolani ipse obiit die 1 mensis Maii anno 1930, sanctitatis fama condecoratus. Heroicas eum coluisse virtutes Paulus Papa VI, fel. rec, die 12 mensis Iunii anno 1978 sollemniter declaravit. Hinc huius Causae sollertes actores toti in eo fuerunt ut alteram instituèrent actionem, quae de miraculis est a Deo patratis per eiusdem Venerabilis Servi Dei intercessionem, ut ad ipsius sollemnem beatificationem deveniri queat.

Binae autem, quae ad hunc effectum sunt propositae mirae sanationes, breviter describuntur infra.

Sanatio prior contigit Foroiuliensi viro rusticano, Adeodato Comand, tunc quinquaginta et quinque annos nato. Is namque iam circiter quindecim annis antea, perturbationes molestiasque ex abdomine experiri coeperat, idque praesertim ob cibi vinolentiaeque intemperantiam. Procedente autem tempore crebiores sunt factae eiusmodi molestiae, gravi cum damno integreae eiusdem viri valetudinis. Rebus sic statibus, medio

mense Maio, anno 1952, in nosocomium Sancti Iusti, in urbe Goritia, deductus, diagnosis edita est peritonitidis ex alta perforatione. Peracta laparatomia, quae vocatur, explorationis causa, haud fuit possibile causam reperire morbi; et cum nihil remansisset agendum, praeter sueta remedia medica adhibere, nullaque superfuisset sanationis spes, positaque a medicis infausta prognosi quoad vitam, cum imminenti quidem morte, supplicatum est supernum Venerabilis Richardi Pampuri patrocinium; nec in vanum, nam misericors Deus effusas preces exaudivit: Adeodatus Comand horis matutinis die 18 Maii, post chirurgicam actionem noctu peractam, plene se sanatum conclama vit. Tum a curatione medici et testes, tum periti canonici, tum Medicum Consilium Sacrae ipsius Congregationis concorditer asseruere sanationem descriptam praeter naturae contigisse vires.

Altera vero mira sanatio respicit Ferdinandum Michelini, pictorem Mediolanensem, quadraginta duorum annorum, qui ineunte Augusto mense a. 1959, doloribus in abdomine tentari coepit. Agi tunc dixit a cura medicus de ulceratione duodeni, quae, adhibita opportuna therapia, fuit devicta. Ast, post mensem, cum crisis facta sit peior, aegrotus in nosocomium est deductus ibique periti agi censuerunt de acuta peritonitide ex probabili perforatione alicuius organi endoabdominalis vel ex intestinali occlusione. Peracta statim explorativa laparatomia, comprobatus est gravissimus adbominis status, praesertim ob impossibilitatem inveniendi et suendi perf orationem internam. Quapropter aegrotum brevi moritur um medici praevidebant. Cum id ante chirurgicam sectionem merito timeretur, Ven. Servi Dei Richardi Pampuri praesidium et auxilium invocari iam coeptum erat, idque ferventius post ipsam operationem, appositis aegroto eiusdem Venerabilis imagine atque veste. Quae preces inanes non fuere; etenim mane insequentis diei 16 Septembris, dum medicus aegrotum adhortatur ut miraculum imploraret, aegrotus respondit magna voce miraculum iam evenisse. Quod ipse medicus statim mirabundus confirmavit. Sanationem hanc accidisse praeter modum rapidam et perfectam testes et periti omnes declararunt.

Super hisce miris sanationibus processus canonici instructi sunt, et quidem super priore apud Curiam archiepiscopalem Goritiensem anno 1954, super altera vero in Curia archiepiscopali Mediolanensi anno 1962. Qui processus, etsi ordinaria potestate adornati fuerint, vim et valorem processuum auctoritate apostolica constructorum habere, benigne concessit Sacra haec pro Causis Sanctorum Congregatio, deque eorum iuridica validitate Decretum exiit die 16 Decembris anno 1978.

Servatis igitur de iure servandis atque declarata, in coetu diei 5 Iulii anno 1979, a Consilio Medicorum nostri Fori utriusque sanationis praeternaturali indole et causa, de iisdem sanationibus disceptatum est primo ab Officialibus Patribusque Consultoribus in Congressu Peculiari die 13 mensis Ianuarii 1981 habito; deinde in Plenaria Patrum Cardinalium Congregatione, die 24 mensis Februarii eodem anno celebrata in Vaticanis aedibus, ponente seu relatore Causae Rev.mo Mario Aloisio Ciappi. Qui omnes, proposito dubio num constaret de miris sanationibus divinitus patratis intercedente Venerabili Richardo Pampuri, adfirmando responderunt.

Facta postmodum, die 6 Martii eiusdem anni, Summo Pontifici Ioanni Paulo II de hisce omnibus relatione, Sanctitas Sua vota Patrum Cardinalium rata habens et confirmans, mandavit ut super praedictis prodigiosis sanationibus Decretum appararetur.

Quod cum rite esset factum, hodierno die Sanctitas Sua, accitis Cardinalibus infrascripto Praefecto et Mario Aloisio Ciappi, Causae ponente seu relatore, meque Antistite a secretis, ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, praesens Decretum promulgavit, videlicet : *Constare de duobus miraculis, Venerabili Servo Dei Richardo Pampuri intercedente, a Deo patratis, nempe de instantánea perfectaque sanatione tum domini Adeodati Comand, a « péritonite acuta generalizzata, originata da lesione di órgano sopramesocolico, probabilmente a livello dei crocicchio duodeno-bilio-pancreático », tum domini Ferdinandi Michelini « da péritonite acuta generalizzata in soggetto con manifestazioni periviscerititiche in stato di occlusione intestinale, lacerazione intra-operatoria di ansa intestinale non seguita da corretta sutura)).*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta huius Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 30 mensis Martii, A. D. 1981.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

L. *m* s.

83 Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

III

IANUEN.

Beatificationis et Canonizationis Ven. Servae Dei Mariae Repetto, Religiosae Instituti Filiarum Dominae Nostrae de Monte Calvario (1807-1890).

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Dei Famula Maria Repetto, initio superioris saeculi (die 31 Octobris a. 1807) in oppido v. d. *Voltaggio,* intra Ianuensis archidioecesis fines, nata, Ianuaeque mortua (die 5 Ianuarii a. 1890), quamvis in religiosa domo obscuris tantum sarcinatricis et ianitricis muneribus iuncta sit per unum et sexaginta annos, ita ut tota vita eius vere dici possit plane *abscondita cum Christo in Deo* (cfr. *Col.* 3, 3), est tamen vere *mirabilis in oculis nostris* (cfr. *Ps.* 117, 23), quia innumeri, sive pauperes sive divites, sive iuvenes sive senes, sive plebei sive optimates, caritatem ipsius et vitae sanctitatem admirantes, ex urbe Genua, immo ex tota Liguriae regione, ad eam, quasi ad missionariam et venatricem animarum, fidentiores accurrebant, salutaria recepturi consilia; verbum divina sapientia plenum audituri; quaedam subsidia, inopia pressi, sibi comparaturi. Omnes itaque ad eam confluebant et saltem orationibus eius se commendabant, quasi ipsa Serva Dei cuiusdam reginae domus felix dispensatrix esset. Quapropter populus Ianuensis eandem Servam Dei Mariam Repetto, adhuc viventem, *Monachae Sanctae* titulo honestabat (cfr. *Decretum super virtutibus: AAS* [1969], 202).

Porro, constare de eiusdem Servae Dei virtutibus in gradu heroico exercitis, Paulus Papa VI, servatis de iure servandis, die 4 mensis Iulii anno 1968 sollemniter decrevit. Ita strata erat via ad miraculorum discussionem, iure requisita, pro eiusdem sollemni beatificatione obtinenda.

Duae autem sanationes, intercessioni Venerabilis Mariae Repetto tributae, huic Sacrae Congregationis ad cognoscendum fuere a Causae actoribus exhibitae, quarum tamen altera non eum nacta est felicem exitum, quem nostrum exigit ius. Altera vero, quae mirum in modum patrata per hoc Decretum agnoscitur haec est: Nicolaus Ratto, faber caementarius Ianuensis, triginta annos natus, die 21 mensis Augusti anni 1946, chirurgicae sectioni fuit subiectus, quae constitit in quarun-

dam venarum varicosarum coronis spermatici resectione, italicis verbis: «da varicocele sinistra)). Eodem autem die sub vesperis vehementes abdominales sentire coepit dolores. Ad morbi causam dignoscendam peracta est postridie laparatomia; et medici agi dixerunt de ileo paralytico seu de occlusione dynamica postoperatoria. Biduo post tertius habetur chirurgicus interventus, quam cecostomiam vocant, at incassum ; aegroti status peior fiebat. Rebus sic stantibus, idest medicis remediis desperatis, vespere diei 24 mensis Augusti, intercessio imploratur Venerabilis Servae Dei Mariae Repetto, inchoatis triduanis supplicationibus. Nec fruxtra; mane enim insequentis diei 25 Augusti, medicus plenam sanationem aegroti comperuit atque prodigium evenisse clamavit, quod et alii medici et testes fassi sunt.

Super hac mira sanatione instructus est annis 1951-1953 processus Apostolicae Sedis auctoritate apud Curiam archiepiscopalem Ianuensem, Romamque transmissus, Sacra tunc Rituum Congregatio de validitate iuridica eiusdem processus devrevit die 17 mensis Ianuarii anno 1958.

Consilium autem Medicum penes nostrum Forum constitutum super natura et modo praedictae sanationis, pro sua competentia, die 25 Septembris anni 1968, disceptavit, sed votorum restrictus circa sanationis praeternaturalitatem non attigit requisitum a iure numerum. Quapropter Causae actores, novis elementis allatis, postulaverunt ut ad ulteriora procederetur in disceptanda sanationis indole. Et Paulus Papa VI, die 18 Maii a. 1974, precibus annuens, decernere dignatus est : *procedí posse, prouti de iure, ad formalem disceptationem.* Hinc res tota theologorum studio et iudicio fuit proposita ; primum quidem in Congressu Peculiari diei 8 Ianuarii anni 1980, et deinde, die 16 Decembris eodem anno 1980, in Congregatione Plenaria Patrum Cardinalium, ponente seu relatore Rev.mo Cardinali Mario Aloisio Ciappi.

Quibus de rebus facta demum, in Audientia diei 5 mensis Februarii insequentis anni 1981, Summo Pontifici Ioanni Paulo II peculiari ac fideli relatione, Sanctitas Sua, attentis Patrum Cardinalium suffragiis, mandavit ut decretum super eadem mira sanatione appararetur; concessa' simul apostolica dispensatione super praescripto canonis 2117 Codicis Iuris Canonici, ita ut uno tantum miraculo ad sollemnem beatificationem Venerabilis Mariae Repetto deveniatur.

Quod cum rite factum esset, Beatissimum Pater hodierna die infrascriptum Cardinalem Praefectum, necnon Cardinalem Marium Aloisium Ciappi, Causae ponentem seu relatorem, meque Antistitem a Secretis ceterosque de more convoncandos ad se accivit, eisque astantibus

praesens decretum confirmavit et promulgavit edicens : *Constare de uno miraculo, Venerabili Serva Dei Maria Repetto intercedente, a Deo patrato, nempe de instantánea perfectaque sanatione Domini Nicolai Ratto ab ileo dynamico postoperatorio.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 30 Martii A. D. 1981.

P**ETRUS** Card. P**ALAZZINI,** *Praefectus*

L. & S.

S Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha aggregato alla Pontificia Commissione per la Revisione dei Codice di Diritto Canonico :

le Loro Eminenze Reverendissime i Signori Cardinali :

Paul Zoungrana, Arcivescovo di Ouagadougu; John Patrick Cody, Arcivescovo di Chicago ; Pablo Muñoz Vega, Arcivescovo di Quito ; Eugenio de Araújo Sales, Arcivescovo di Säo Sebastiäo do Rio de Janeiro ; Joseph Höffner, Arcivescovo di Colonia; Antonio Ribeiro, Patriarca di Lisboa ; Aníbal Muñoz Duque, Arcivescovo di Bogotá ; Raúl Francisco Primatesta, Arcivescovo di Córdoba *(Argentina)* ; Maurice Otunga, Arcivescovo di Nairobi; James Darcy Freeman, Arcivescovo di Sydney; Hyacinthe Thiandoum, Arcivescovo di Dakar ; George Basil Hume, Arcivescovo di Westminster; Victor Razafimahatratra, Arcivescovo di Tananarive; Joseph Ratzinger, Arcivescovo di München; Ernesto Corripio Ahumada, Arcivescovo di México ; Joseph Asajro Satowaki, Arcivescovo di Nagasaki ; Thomas O'Fiaich, Arcivescovo di Armagh ; G. Emmet Carter, Arcivescovo di Toronto ;

le Loro Eccellenze Reverendissime gli Arcivescovi :

Pedro Maurice, Arcivescovo di Santiago de Cuba; José Freiré, Arcivescovo di Teresina ; Joseph L. Bernardin, Arcivescovo di Cincinnati ; József Bank, Arcivescovo di Vac ; Robert Coffy, Arcivescovo di Albi ; Luis E. Henriquez, Arcivescovo di Valencia *(Venezuela)* ; Paulos Tzadua, Arcivescovo di Addis Abeba ; Simon Ign. Pimenta, Arcivescovo di Bombay; Godfried Danneels, Arcivescovo di Mechelen - Bruxelles ; Román Arrieta, Arcivescovo di San José de Costa Rica; Józef Glemp, Arcivescovo di Gniezno e di Warszawa ;

le Loro Eccellenze Reverendissime i Vescovi :

Paul Verschuren, Vescovo di Helsinki ; Thomas Stewart, Vescovo di Chun Cheon ; Carmelo Morelos, Vescovo di Butuan ; Gabriel G. Ganaka, Vescovo di Jos; M'Sanda Tsinda Hata, Vescovo di Kénge; Joseph Ti-Kang, Vescovo di Kiayi; Joseph Peter O'Connell, Vescovo titolare di Sanctus German.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Oon Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato :

18 luglio 1981. S. E. Mons. Giuseppe Ferraioli, Arcivescovo titolare di Volturno, *Pro-Numsio Apostolico in Kenya.*
24 agosto » S. E. Mons. Giuseppe Casoria, Arcivescovo titolare di Vescovio, *Pro-Prefetto delia Sacra Congregazione per i Sacramenti e U Culto Divino.*

Assistente al Soglio Pontificio:

6 maggio 1981. S. E. Mons. Octavio Nicolás Derisi, Vescovo titolare di Raso ed Ausiliare dell'Arcivescovo di La Plata *(Argentina).*

Oon Biglietti delia Segreteria di S tato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato :

9 luglio 1981. P. John Long, S. I., *Consultore del Segretariato per VUnione dei Cristiani.*
4 agosto » L'Em.mo Signor Card. James R. Knox, *Presidente del Pontificio Consiglio per la Famiglia.*
» » » Le LL. EE. Mons. Simon Lourdusamy D., Segretario delia Sacra Congregazione per PEvangelizzazione dei Popoli; Mons. Raymond-Marie Tchidimbo, Arcivescovo già di Conakry; Mons. Kazimierz Majdanski, Vescovo di Szczecin-Kamieii ; Mons. Edouard Gagnon, Vescovo già di Saint Paul in Alberta, *Membri del Comitato di Presidenta del Pontificio Consiglio per la Famiglia.*
» » » S. E. Mons. Francisco José Cox Huneeus, Vescovo di Chillan, *Segretario dei Pontificio Consiglio per la Famiglia.*

Protonotario Apostolico soprannumerario :

10 gennaio 1981. Mons. Emmanuel Lopez (Verapoly).

Prelati d'Onore di Sua Santità:

10 gennaio 1981. Mons. Francis J. Fernandez (Verapoly).
14 » » Mons. George Komaroth (Verapoly).
» » » Mons. Alexander Vadakumthala (Verapoly).
» » » Mons. George Thottakath (Verapoly).

14 gennaio 1981. Mons. Joseph Payyapilly (Verapoly).
» » Mons. Francis Kuttickal (Verapoly).
» » Mons. George Ittikunnath (Verapoly).
13 marzo Mons. Kevin Aje (los - *Nigeria).*
» » Mons. John D. Stearns (Orookston).
16 » Mons. Felipe de Paiva Macedo (Braga).
18 » Mons. Charles Kimbowa (Kampala).
22 aprile Mons. Hilary Franco (New York).
24 » Mons. Filippo La Gamba (Trivento).
30 maggio Mons. Mario Pa vat (Parenzo - Pola).
» Mons. Vincenzo Moramarco (Altamura ed Acquaviva delle Fonti).

C appellant di Sua Santità:

13 aprile 1981. Il sac. Lino Belotti (Bergamo).
» » » Il sac. Luis Rude Arimany (Vieh).
» » » Il sac. Domenico Antonelli (Faenza).
14 » » Il sac. Johann Roidl (Regensburg).
» » » Il sac. Walter Siegert (Regensburg).
» » » Il sac. Josef Schweiger (Regensburg).
18 maggio » Il sac. Tarcisio Nardi (Adria).
» » » Il sac. Manuel Fernández (Buenos Aires).
» » » Il sac. Nicolino Sarale (Cuneo).
» » » Il sac. Domenico Capocchi (Chiusi - Pienza).

ONORIFICENZE

Con Biglietti delia Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha conferito :

La Gran Croce delV'Ordine Piano:

8 gennaio 1981. A S. E. il sig. Diego Freitas do Amaral *(Portogallo).*

La Gran Croce delV Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

8 gennaio 1981. A S. E. il sig. Vasco Almeida Costa *[Portogallo).*
» » » A S. E. il sig. Luis Azevedo Coutinho *{Portogallo).*
» » » A S. E. il sig. Fernando Reino *{Portogallo).*
» » » A S. E. il sig. Antonio Vaz Pereira *{Portogallo).*

La Commenda con Placea delV Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

10 marzo 1981. Al sig. Noma Shoichi *(Giappone).*

La Placea dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

3 giugno 1981. Al sig. Giuseppe Inglese (Roma).

La Continenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile.

8 gennaio 1981. Al sig. Luis Martins *(Portogallo).*
» » » Al sig. Manuel Maria Silva Costa *(Portogallo).*
» » » Al sig. Manuel Corte-Real *(Portogallo).*
27 febbraio » Al sig. Virgilio Valeri (Roma).
13 maggio » Al sig. Joseph Enderle (Basilea).
21 » » Al sig. Jacques Permezel (Lyon).
29 » » Al sig. Manfredo Ramírez Russo *(Paraguay).*
3 giugno » Al sig. Gennaro Angiolino (Roma).
» » » Al sig. Adalberto Maria Leschiutta (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

19 gennaio 1981. Al sig. Joannes van der Vijngaart (Bois-le-Duc).
3 marzo » Al sig. William Walters (Saint- John's - *Antille).*
7 maggio » Al sig. Gabriel Euseby (Mmes).
3 giugno » Al sig. Fabio Massimo Marini (Roma).

La Gran Croce dell'Ordine di san Silvestro Papa:

8 gennaio 1981. A S. E. il sig. José Manuel Vaz Barroco *(Portogallo).*
» » » A S. E. il sig. Alexandre Lencastre da Veiga *(Portogallo).*
» » » A S. E. il sig. Carlos Ary dos Santos *(Portogallo).*

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

1 aprile 1981. Al sig. Luigi Caraco (Tivoli).
29 maggio » Al sig. Coloman E. Poka *(Paraguay).*
» » » Al sig. Luis Alberto Meyer *(Paraguay).*
6 giugno » Al sig. Aurelio Scerch (Roma).
23 » » Al sig. Gabriele Gherardini (Roma).
» » » Al sig. Sergio Borletti (Roma).

Il Cavalierato dell' Ordine di san Silvestro Papa.

14 gennaio 1981. Al sig. Adriano J. Hijl (Roermond).
27 » Al sig. Arnoud Petrus Vriends (Breda).
4 febbraio Al sig. Adrianus Johannes Van der Leest (Bois-le-Duc).
18 » Al sig. Bernardus E v. Van der Linden (Utrecht).
» » » Al sig. Wilhelmus P. Clemens De Rooij (Utrecht).

1	aprile	1981.	AI sig. Jacob Caxton-Idowu (Lagos).
»	»	»	Al sig. Benjamin Patrie Olaleye Olaiya (Lagos).
»	»	»	AI sig. Peter Obasa Kolawole (Lagos).
»	»	»	AI sig. Justin Mbalisike Chidi Nwagbaoso (Lagos).
»	»	»	Al sig. Casimir Thomas Akagbosu (Lagos).
7	»	»	AI sig. Anton Josef Mackowiak (Paderborn).
23	giugno	»	AI sig. Carlo Canalis (Roma).

NECROLOGIO

11	luglio	1981.	Mons. Jean Jerome Adam, C. S. Sp., Arcivescovo già di Libreville *(Gabon).*
16	»	»	Mons. Giovanni Duma, O. F. M. Conv., Vescovo tit. di Giuliopoli.
25	»	»	Mons. Ferdinando Lambruschini, Arcivescovo di Perugia e Vescovo di Città delia Pieve *(Italia).*
26	»	»	Mons. Diego Venini, Arcivescovo tit. di Adana.
27	»	»	Mons. Angel Martínez Vivas, O. SS. T., Vescovo già di Tsiroanomandidy *(Madagascar).*
29	»	»	Mons. James Edward Walsh, M. M., Vescovo tit. di Sata.
2	agosto	»	Mons. Ignatius Gopu, Vescovo di Visakhapatnam *(India).*
9	»	»	Mons. Joseph Maximilian Mueller, Vescovo già di Sioux City *(Stati Uniti d'America).*
12	»	»	Mons. Cornelio Chizzini, F. D. P., Vescovo Prelato di Tocantinópolis *(Brasile).*
15	»	»	Mons. Orlando Chaves, S. D. B., Arcivescovo di Cuiabá *(Brasile).*
21	»	»	Mons. Luis Antonio Palha Teixeira, O. P., Vescovo tit. di Lunda.

An. et vol. LXXIII — 1 Octobris 1981 — N. 8

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Librería Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

EPISTULA

Ad universos Ecclesiae Episcopos volvente anno MDC a Concilio Constantinopolitano primo necnon MDL a Concilio Ephesino.

Carissimi in Episcopatu Fratres,

I

1. A Concilio Constantinopolitano I, quod anno videlicet trecentesimo octogesimo primo est actum, commemoratio millesimi sexcentesimi anni maxime quidem Nos adducit ut has vobis litteras conscribamus, quae simul considerationem theologicam simul pastoralem amplectuntur cohortationem imo ex animo Nostro profectam. Quem ad modum in Basilica Petriana praedicavimus Nos ineunte hoc anno novo, Concilium illud « post Nicaenum Concilium fuit Ecclesiae Oecumenicum Concilium secundum cui "Symbolum" debemus, quod sacra in Liturgia perpetuo recitatur. Peculiaris autem illius Concilii hereditas est doctrina *de Spiritu Sancto* quam sic enuntiat Liturgia Latina: "Credo in Spiritum Sanctum, Dominum et vivificantem ... qui cum Patre et Filio simul adoratur et conglorificatur, qui locutus est per prophetas"

[1] Cfr. *AAS* 73 (1981) p. 153.

Voces ideo illae in Symbolo a tot Christianorum aetatibus iteratae praebebunt nobis hoc anno singularem tum doctrinae tum affectionis ipsius significationem, nosque etiam commonebunt intimorum vinculorum quae Ecclesiam devinciunt nostri temporis — ubi iamiam tertium millennium adventurum est vitae eius mirabiliter loçupletatae ac temptatae semperque participis Christi Crucis et Resurrectionis per Sancti Spiritus virtutem — cum quarti saeculi Ecclesia in unica quadam perpetuitate primarum ipsius originum atque in fidelitate erga Evangelii doctrinam apostolicamque praedicationem.

Sufficit iam quod diximus ut plane intellegatur, quomodo Concilii Constantinopolitani primi doctrina etiamnunc permaneat velut ***declaratio unicae fidei communis*** **Ecclesiae omnisque religionis christianae. Eandem vero hanc fidem profitentes — haud secus ac facimus quoties Symbolum persolvimus — eamque refoventes proxima in centenaria celebratione cupimus id sane extollere quod cum omnibus nos iungit Fratribus nostris, quamvis discidia progredientibus saeculis evenerint. Hoc porro agentes mille et sexcentis annis post Concilium Constantinopolitanum primum, grates Deo habemus de** ***veritate Domini*** **qui per illius Concilii praecepta vias fidei nostrae vitaeque simul vias in eiusdem fidei virtute illuminat. Recordatio autem haec profecto non tantum eo spectat, ut fidei recolatur formula iam sedecim vigens saecula in Ecclesia, verum eodem tempore ut magis inculcetur animis nostris — in meditationibus ac precationibus necnon in pertractationibus spiritualitatis ac theologiae — illa vis divina Personae quae tribuit vitam, illud hypostaticum donum,** ***Dominum et vivificantem*** **dicimus, illa Tertia Trinitatis Sanctissimae Persona quae per eam fidem communicatur singulis cum hominibus atque Ecclesia cuncta. Pergit nimirum Spiritus Sanctus vivificare Ecclesiam, quam in viis propellit sanctitatis et amoris. Sicut praeclare Sanctus Ambrosius edocet sua in scriptione** ***De Spiritu Sancto,*** **« cum sit inaccessibilis natura, receptabilis tamen propter bonitatem**

suam nobis est, conplens virtute omnia, sed qui solis participetur iustis, simplex substantia, opulens virtutibus, unicuique praesens, dividens de suo singulis et ubique totus ».[2]

2. Concilii insuper Constantinopolitani memoria, quod secundum fuit Ecclesiae Oecumenicum Concilium, nos homines christianum nomen profitentes in secundo hoc iamiam exituro millennio conscios reddit quam vivax fuerit, primis saeculis primi annorum mille spatii inter crescentem usque credentium multitudinem, ipsa necessitas *recte* intellegendi ac proloquendi in Ecclesiae confessione mysterium inscrutabile Dei in absoluta ipsius transcendentia: Patris, Filii et Spiritus Sancti. Quod quidem mysterium, uti ceterae principales doctrinae veritatis vitaeque christianae, ad sese in primis convertit intentos fidelium animos. Circa eas quoque doctrinas ortae sunt complures interpretationes etiam inter se dissentientes, quae vocem postulabat Ecclesiae, sollemnem testificationem nempe redditam ex virtute promissionis a Christo factae in Cenáculo : <(Paraclitus autem, Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in nomine meo... suggeret vobis omnia, quae dixi vobis »;[3] « ille, Spiritus veritatis, deducet vos in omnem veritatem ».[4]

Ita ergo volvente hoc anno millesimo nongentesimo octogesimo primo nominatim referamus gratias nos oportet Spiritui Sancto, cum multiplices inter cogitationum humanarum vicissitudines dederit Is Ecclesiae propriam declarare fidem, etsi secundum peculiare loquendi genus illius aetatis, at plene congruentem cum « omni veritate ».

Credo « ... et in Spiritum Sanctum dominum et vivificatorem, ex Patre procedentem, cum Patre et Filio adorandum et conglorificandum, qui locutus est per prophetas » : in haec verba loquitur fidei Symbolum primi Concilii Constantinopoli-

[2] Sancti Ambrosii, *De Spiritu Sancto,* I, V, 72; ed. O. Faller, CSEL 79, Vindobonae 1964, p. 45.

[3] *Io* 14, 26.

[4] *Io* 16, 13.

tani anno trecentesimo octogesimo primo,[5] quo mysterium collustratur Spiritus Sancti eiusque originis ex Patre, dum eo pacto unitas affirmatur atque aequalitas huius Spiritus Sancti cum Patre et Filio.

II

3. Centenariam vero decimam sextam celebrationem primi Concilii Constantinopolitani peragentes, silentio tamen transire nolumus aliam magni momenti memoriam, quae in hunc annum millesimum nongentesimum octogesimum primum cadit; hoc enim anno contingit etiam recordatio anniversaria millesimi quingentesimi quinquagesimi anni a Concilio Ephesino, scilicet anno quadringentesimo tricesimo primo concelebrato. Licet haec commemoratio quasi delitescat in prioris Concilii umbra, pondus tamen prae se fert magnum nostra pro fide dignissimaque est ipsa quae peragatur.

Nam eodem in Symbolo nos intra liturgicam communitatem sese parantem ad Divina Mysteria rursus vivenda eloquimur: « Et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, et homo factus est ». *Vim igitur in primis christologicum* habuit Concilium Ephesinum, cum divinitatem simul ac humanitatem in uno eodemque Christo Iesu declararet, ut subtilius circumscriberet veram Ecclesiae doctrinam in Concilio Nicaeno prolatam anno trecentesimo vicesimo quinto, quae tamen interea adducta erat in discrimen ob diversas interpretationes veritatis iam in illo Concilio illustratae passim dispersas ac praesertim quasdam ob formulas in motu Nestoriano adhibitas; illam catholicam doctrinam dicimus quae expressius postea in insigni *Formula Unionis* appellata anno quadringentesimo tricesimo tertio edicitur, ita nempe ut Dominum nostrum Iesum Christum, ob duarum naturarum in Eodem factam unitatem,

[5] Sic primum appellatur in Actis Concilii Chalcedonensis, act. II: ed. B. Schwartz, *Acta Conciliorum Oecumenicorum, II Concilium universale Chalcedonense,* Berolini et Lipsiae 1927-32, I, 2, p. 80; cfr. etiam *Conciliorum Oecumenicorum Decreta,* Bononiae 1973[3], p. 24.

consubstantialem Patri secundum deitatem et consubstantialem nobis secundum humanitatem confiteantur.[6] Coniuncte autem cum hisce affirmationibus intulit secum Ephesinum Concilium *soteriologicam praeterea significationem,* haud ignorans principium Patribus earum : « Quod non est assumptum non est sanatum ». Pariter quidem cum vi illarum declarationum arcte cohaeret etiam veritas de Virgine Sancta, quae vocata erat ad unicam singularemque dignitatem Matris Dei, « Theotókou », sicut ipso clarius sole eruitur potissimum ex Epistulis Sanctis Cyrilli ad Nestorium[7] tum etiam ex illa *Formula Unionis* quam memoravimus. Totum carmen fuit quod pristini Patres illi cecinerunt de Filii unigeniti Dei incarnatione ; carmen fuit etiam ad salutis celebrandum opus per Spiritum Sanctum in orbe completum. At omne id fieri non potuit quin simul cederet in Matris Dei honorem, primae videlicet sociae cooperantis cum Altissimi potentia, qui annuntiationis tempore obumbravit ei lucidum per Spiritus adventum.[8] Hoc modo rem comprehenderunt sorores nostrae ac fratres Ephesi, qui vesperi vicesimo secundo Iunii mensis die, quo incohatum est Concilium in cathedrali templo « Matris Dei », praedicaverunt illo ipso titulo Virginem Mariam atque triumphantes deduxerunt Patres exacta sessione ea prima.

Convenire idcirco maxime Nobis videtur ut illud etiam antiquum Concilium in Ecclesiae historia tertium commemoretur a nobis secundum locupletem doctrinam suam theologicam et ecclesialem. Sanctissima enim Virgo ipsa quidem est quae sub tegumento potentiae Trinitatis omnium hominum arctissime est cum salutis opere consociata. Verbi incarnatio, Spiritu Sancto operante, sub eius corde evenit. In illa praeterea novae

[6] *Acta Conciliorum Oecumenicorum,* I, I, 4, pp. 8s. (A); cfr. etiam *Conciliorum Oecumenicorum Decreta,* pp. 69 s.

[7] *Acta Conciliorum Oecumenicorum, I Concilium universale Ephesinum:* ed. E. Schwartz, I, 1, pp. 25-28 et 223-242; cfr. etiam *Conciliorum Oecumenicorum Decreta,* Bononiae 1973[3], pp. 40-44; 50-61.

» *Lc* 1, 35.

humanitatis aurora effulsit, humanitatem dicimus quae una cum Christo societatem hominum intravit ut priscum foederis cum Deo consilium primi hominis inoboedientia violatum perficeret. « *Et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine* ».

4. Binae igitur anniversariae celebritates, quamvis altera quidem titulo alio pondereque historico, in Spiritus Sancti redundant honorem. Omnia haec *Spiritus Sancti opere* sunt effecta. Patet itaque quam alta ratione hae praestantes duae recordationes, de quibus mentio iure fiat hoc anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo primo, inter se vinciantur in doctrina professioneque fidei Ecclesiae immo omnium fidei Christianorum. Fides ea est in Sanctissimam Trinitatem, fides in Patrem a quo descendit omne datum et donum,[9] fides in Christum hominis Redemptorem, denique fides in Spiritum Sanctum. Praeterea, hac sub luce, pietas erga Virginem Mariam; etenim ea «verbo divino consentiens, facta est Mater Iesu, ac salvificam voluntatem Dei, pleno corde et nullo retardata peccato, complectens, semetipsam ut Domini ancillam personae et operi Filii sui totaliter devovit », quapropter « SS. Patres Mariam non mere passive a Deo adhibitam, sed libera fide et oboedientia humanae saluti cooperantem censent ».[10] Adeo pulchrum ideo est Mariam, ut cum hac fide Domini exspectaverit adventum, ita etiam vergente ad finem hoc secundo millennio, ipsam pariter adesse nostram quoque fidem illustraturam tali in statu visuque « adventus ».

Totum vero istud nobis est immensae *fons laetitiae* origoque simul *grati animi sensuum* pro huius fidei lumine, per quam participes reddimur divinorum impenetrabilium mysteriorum, dum inde haurimus vitalia animarum nostrarum elementa dilatantes in eis prospectus longinquos visionis ipsius nostrae spiritalis dignitatis sortisque nostrae supremae. Quam ob rem

[9] Iac 1, 17.
[10] Conc. Oecum. Vat. II, Const. dogm. *Lumen Gentium,* 56.

permagnae illae anniversariae memoriae nobis restare non possunt tantummodo praeteriti longe temporis recordatio. Debent enim in Ecclesiae fide reviviscere; debent quasi reddita vocis imago resonare eius in spiritualitate; immo vero exteriorem declarationem reperire debent perennis sui vigoris pro universa credentium communitate.

5. Ante omnes haec scribimus vobis, amati Nostri Venerabilesque *Fratres in ministerio Episcopali.* Eodem tamen tempore ad *Fratres Sacerdotes* convertimur ut proximos sane adiutores vestra in cura pastorali « in virtute Spiritus Sancti ». Appellamus insuper Fratres ac Sorores cunctarum *Familiarum religiosarum* tam virorum quam mulierum, inter quas insigniter vivere vigereque oportet testificationem Spiritus Christi, ac potissimum aestimari ipsius munus quae Domini esse voluerit Ancilla.[11] Demum tandem alloquimur *omnes* Fratres ac Sorores *laicatus* Ecclesiae, qui fidem simul professi cum reliquis omnibus membris ecclesialis communitatis toties iam ac tot per aetates vivam conservant magnorum Conciliorum memoriam. Persuasum Nobis omnino est grata mente eos celebrationem accepturos esse horum eventuum ac sollemnium anniversariorum, praesertim cum simul perspexerimus quam apte etiam hisce temporibus conveniant mysteria illa, quae duo Concilia in priore iam parte primi millennii tanta auctoritate patefecerint.

Spem denique audemus alere Nos fore ut Conciliorum Constantinopolitani et Ephesini commemoratio, quae testimonia fuerint fidei traditae ac praedicatae ab Ecclesia indivisa, sinat nos mutua crescere in necessitudine coniunctionis dilectis cum Fratribus orientalis et occidentalis orbis, quibuscum etsi plena nos communio ecclesialis nondum obstringit, vias tamen unitatis in veritate conquirimus humili animo fidentique precantes. Quid enim magis valet iter ad eam versus unitatem acce-

[11] **Cfr. *Lc* 1, 38.**

lerare quam recordatio simulque excitatio earum rerum ipsarum, quae tot per saecula fuerunt partes fidei communiter testatae, immo et quae tales etiamnunc esse non cessant, licet flébiles saeculorum decursu intercesserint divisiones?

III

6. Mens proinde ac voluntas Nostra est ut eventa haec transigantur secundum *amplam suam ecclesiasticam significationem.* Haud enim decet nos recolere praeclaros hos anniversarius eventus tamquam elapsi solum temporis res, verum redintegrare etiam illos sensibus nostrae aetatis penitusque eos colligare cum vita et actione *Ecclesiae nostrorum dierum,* quem ad modum ipsi iam reclusi sunt per totum nuntium *Concilii* hac nostra aetate celebrati: Vaticanum Secundum dicimus. Quam alte pervadunt magisterium illud veritates horum Conciliorum quantumque permeant totam per doctrinam de Ecclesia quae praecipua ac princeps est Vaticani Secundi ! Quam necessaria eadem Concilia sunt atque utilia huic ipsi doctrinae et pari modo quam vehementer primariae illae veritates maximaeque Symboli nostri vivunt — ut ita dicamus — novam vitam novaque luce resplendent in omni doctrinae summa Concilii Vaticani Secundi!

Quare si potissimum aetatis nostrae munus erit, ac fortasse venturorum etiam Ecclesiae temporum, peragere in vitamque inducere ipsam doctrinam et directoria monita magni huius Concilii, anniversariae memoriae hoc anno Conciliorum Constantinopolitani primi et Ephesini opportunitatem praebent eiusdem exsequendi officii vivis in adiunctis veritatis, quae per saecula in aeternum perdurat.

7. « Opere autem consummato, quod Pater Filio commisit in terra faciendum (cfr. *Io* 17, 4), missus est Spiritus Sanctus die Pentecostes, ut Ecclesiam iugiter sanctificaret, atque ita credentes per Christum in uno Spiritu accessum haberent ad

Patrem (cfr. *Eph* 2, 18). Ipse est Spiritus vitae seu fons aquae salientis in vitam aeternam (cfr. *Io* 4, 14; 7, 38-39), per quem Pater homines, peccato mortuos, vivificat, donec eorum mortalia corpora in Christo resuscitet (cfr. *Rom* 8, 10-11). Spiritus in Ecclesia et in cordibus fidelium tamquam in templo habitat (cfr. *1 Cor* 3, 16; 6, 19), in eisque orat et testimonium adoptionis filiorum reddit (cfr. *Gal* 4, 6; *Rom* 8, 15-16 et 26). Ecclesiam, quam in omnem veritatem inducit (cfr. *Io* 16, 13) et in communione et ministratione unificat, variis donis hierarchicis et charismaticis instruit ac dirigit, et fructibus suis adornat (cfr. *Eph* 4, 11-12; *1 Cor* 12, 4; *Gal* 5, 22). Virtute Evangelii iuvenescere facit Ecclesiam eamque perpetuo renovat et ad consummatam cum Sponso suo unionem perducit. Nam Spiritus et Sponsa ad Dominum Iesum dicunt: Veni! (cfr. *Apoc* 22, 17). Sic apparet universa Ecclesia sicuti "de unitate Patris et Filii et Spiritus Sancti plebs adunata" ».[12] En locus sine dubio ditissimus et brevissimus, quamvis haud unicus sit, qui demonstrat quo pacto *veritas de Spiritu Sancto* in summa praeceptorum Vaticani Secundi vivat ex nova quadam vita novoque fulgeat splendore; quam quidem veritatem mille sexcentos abhinc annos Concilium Constantinopolitanum primum tanta sanxit auctoritate.

Omne *renovationis opus Ecclesiae,* quod adeo providenter suasit incepitque Concilium Vaticanum Secundum — quae renovatio eodem tempore esse debet "accommodatio" ad tempora atque confirmatio eorum quae aeterna sunt et necessaria ad ipsum Ecclesiae munus — impleri nequit nisi *in Spiritu Sancto,* adiuvante scilicet luce eius ac virtute. Hoc magni momenti est; hoc tanti interest universalis Ecclesiae in ipsius amplitudine, quem ad modum interest etiam cuiusque Ecclesiae particularis in communione cum reliquis omnibus Ecclesiis particularibus. Hoc magnopere afficit etiam viam oecume-

[12] Conc. Oecum. Vat. II, Const. dogm. *Lumen Gentium,* 4.

nicam intra religionem christianam eiusque viam in mundo huius temporis, quae explicanda est adversus iustitiam et pacem. Magni insuper ponderis est ad opus promovendum vocationum sacerdotalium ac religiosarum necnon ad apostolatum laicorum uti fructum novae maturitatis eorum fidei.

8. Duplex Symboli Mcaeni-Constantinopolitani formula: ((Et *incarnatus est* de Spiritu Sancto... Credo in Spiritum Sanctum, Dominum et *vivificantem* », commonefacit nos potissimum opus a Spiritu Sancto expletum — ad quod reliqua cuncta semper referuntur et a quo veluti fonte vires hauriunt — proprie vereque esse *incarnationis Verbi Aeterni,* operante scilicet eodem Spiritu in Virginis Mariae sinu.

Christus nominatim, hominisque mundique redemptor, medium est historiae punctum : « Iesus Christus heri et hodie idem... ».[13] Si igitur cogitata nostra et corda in Eum fixa intenduntur exeunte secundo millennio quod a primo eius in mundum nos separat adventu, eadem simul convertuntur *ad Spiritum Sanctum,* quo quidem operante humana ipsius effecta est conceptio; atque referuntur etiam ad eam, a qua conceptus est ac natus: *ad Virginem Mariam.* Profecto anniversariae celebritates duorum praestantium Conciliorum hoc anno singulariter dirigunt cogitationes nostras afiectionesque ad Spiritum Sanctum necnon ad Matrem Dei Mariam. Ac si meminimus quantum gaudium quantamque exsultantem laetitiam Ephesi suscitaverit mille quingentas quinquaginta abhinc annos professio fidei de divina maternitate Virginis Mariae (Theotókou), intellegimus in eadem professione fidei esse celebratum *opus peculiare Spiritus Sancti:* quod omnino opus ingrediuntur tum humana conceptio ac nativitas Filii Dei per Spiritus Sancti operationem tum, eodem pariter agente Sancto Spiritu, ipsa maternitas sanctissima Virginis Mariae. Haec vero maternitas non tantum fons est ac fundamentum

[13] *Hebr* 13, 8.

totius insignis sanctitatis Mariae eiusque maxime propriae participationis universae oeconomiae salutis, sed constituit etiam perpetuum vinculum maternum cum Ecclesia inde nimirum proficiscens quod Ipsa delecta a Sanctissima Trinitate est Christi Mater qui « est caput corporis Ecclesiae ».[14] Vinculum autem istud praesertim aperitur sub cruce, ubi « vehementer cum Unigénito suo condoluit et sacrificio Eius se materno animo sociavit... ab eodem Christo Iesu in cruce monente uti mater discípulo, hisce verbis data est: "Mulier, ecce filius tuus" (cfr. *Io* 19, 26-27) ».[15]

Concilium Vaticanum Secundum aptissime dein perstringit inviolabilem Mariae Sanctissimae coniunctionem cum Christo atque Ecclesia : « Cum vero Deo placuerit humanae salutis sacramentum non ante sollemniter manifestare quam promissum a Christo Spiritum efiunderet, Apostolos videmus ante diem Pentecostes "perseverantes unanimiter in oratione cum mulieribus, et Maria Matre Iesu et fratribus Eius" *(Act* 1, 14), Mariam quoque precibus suis implorantem donum Spiritus, qui in Annuntiatione ipsam iam obumbraverat ».[16] Quibus verbis locus ex Concilio depromptus duo copulat inter se temporis momenta, ubi Mariae maternitas magis profluit ex Spiritus Sancti opere: primum Incarnationis momentum ac deinde ipsius nascentis Ecclesiae tempus in Cenáculo Hierosolymitano.

IV

9. Grandes hae omnes principalesque rationes et confluentia ipsa adiuncta tanti ponderis faciendum esse admonent ut hoc dupliciter iubilari anno progrediente efferatur singulariter Pentecostes sollemnitas in tota Ecclesia.

Quapropter Romam ad diem illum invitamus omnes Epi-

[14] *Col* 1, 18.

[15] Conc. Oecum. Vat. II, Const. dogm. *Lumen Gentium,* 58.

[16] Conc. Oecum. Vat. II, Const. dogm. *Lumen Gentium,* 59.

scoporum Conferentias Ecclesiae catholicae necnon Coetus Episcoporum Orientalium, ut quos placuerit tamquam legatos mittant ut una simul renovare valeamus hereditatem illam quam in Spiritus Sancti virtute ex Pentecostes Cenáculo recepimus : Ipse enim nascenti iamiam Ecclesiae designavit viam ad omnes nationes ducentem, ad populos linguasque cunctas, ad singulorum hominum corda.

Ita quidem in Collegium congregati velut sollicitudinis apostolicae omnium Ecclesiarum heredes[17] abundantiam percipiemus vi vi fontis, qui idem Spiritus est quique opus Ecclesiae et munus regit in viis hominum generis nostrorum dierum dum iam exiturum est alterum mille annorum spatium post Verbi Incarnationem, Spiritu Sancto in Virginis Mariae visceribus operante.

10. Prior sollemnitatis illius pars mane nos conglobabit in *Basilicam Petrianam Urbis Vaticanae,* ut omnibus animi viribus fidem nostram decantemus « in Spiritum Sanctum, Dominum et vivificantem... qui locutus est per prophetas... Et unam sanctam catholicam et apostolicam Ecclesiam ». Ad id sane impellimur ipsa commemoratione millesimi sexcentesimi anni ab acto Concilio Constantinopolitano primo: haud secus atque Apostoli in Cenáculo et ipsi Patres Concilii illius conglomerabimur ab Eo qui « virtute Evangelii iuvenescere facit Ecclesiam eamque perpetuo renovat ».[18]

Illo scilicet pacto sollemnitas Pentecostes huius anni fiet sublimis grataque simul professio eiusdem fidei in Spiritum Sanctum, Dominum et vitae Datorem, quam illi Concilio potissimum debemus. Eodem vero tempore humilis fiet precatio fervidaque imploratio, ut idem Spiritus nos adiuvet « ad renovandam faciem terrae», etiam per ipsius Ecclesiae reficiendae operam secundum Concilii Vaticani Secundi mentem. Utinam mature

[17] *2 Cor* 11, 28.

[18] Conc. Oecum. Vat. II, Const. dogm. *Lumen Gentium,* 4

quidem ordinateque expleatur hoc opus omnibus in Ecclesiis atque communitatibus christianis; utinam id ante omnia perficiatur in hominum animis, quandoquidem vera renovatio contingere non potest quin homines ad Deum perpetuo convertantur! A veritatis Spiritu petemus ut *in via huius renovationis* permaneamus *fidelissimi* illi *Spiritus sermoni* qui nunc ipsum nobis est Vaticani Secundi doctrina neve hanc viam deseramus aliquo propulsi affectu erga spiritum mundi. Praeterea ab Eo postulabimus, qui « fons vivus, ignis, caritas » est, ut nos ipsos omnemque Ecclesiam ac denique totam hominum familiam ea caritate perfundat quae « omnia suffert... omnia sustinet... numquam excidit ».[19]

Nihil porro dubii est quin praesenti hoc historiae tempore tum Ecclesiae tum hominum generis, magna percipiatur necessitas veritatis illius altius perscrutandae iterumque exsuscitandae. Cuius quidem rei occasionem die Pentecostes afieret celebratio millesimi sexcentesimi anni a Concilio Constantinopolitano primo peracto. Spiritus Sanctus utinam hanc nostram fidei suscipiat testificationem ! Recipiat nempe in liturgico ritu sollemnitatis Pentecostes humilem hanc animorum patefactionem ad Eum, Paraclitum, in quo et revelatur et unitatis consummatur donum!

11. Pars autem celebrationis posterior nos illo die vespertinis horis convocabit in *Basilicam Sanctae Mariae Maioris,* ubi praedictus matutinus complebitur ritus ipsis doctrinis quas nobis ponderandas exhibebit memoria anniversaria millesimi quingentesimi quinquagesimi anni a Concilio Ephesino. Hoc insuper suadebit unica ferme congruentia, quod videlicet Pentecostes dies hoc anno in septimum incidet Iunii mensis, uti accidit anno quadrigentesimo tricesimo primo, quo etiam die sollemni — qui antea destinatus erat principio ipsarum sessio-

[19] *1 Cor* 13, 7-8.

num deinde in diem vicesimum secundum Iunii reiectarum — Ephesum adventaverunt primi Episcoporum manipuli.

Doctrinae autem illae inspicientur adhibitis Concilii Vaticani Secundi principiis, ratione praesertim habita mirandi prorsus capituli VIII Constitutionis *Lumen Gentium.* Quomodo enim Ephesinum Concilium per doctrinam suam christologicam et soteriologicam effecit ut de Maternitate Divina Mariae (Theotókou) veritas confirmaretur, sic profecto Vaticanum Secundum reminisci nobis dat Ecclesiam, ex virtute Spiritus Sancti enatam in Cenáculo Hierosolymitano, coepisse iam ad Mariam spectare veluti spiritalis maternitatis Ecclesiae ipsius exemplar ac proinde ut ad figuram eius archetypicam. Eo namque die Ipsa, quae a Pontifice Maximo Paulo VI *Mater Ecclesiae* est nuncupata, emittit suae intercessionis potentiam in *Ecclesiam Matrem* eiusque conservat apostolicum impulsum, ex quo ea nunc quoque vivit, dum pro Deo generantur credentes omnium temporum omniumque locorum.

Postmeridiana idcirco liturgia sollemnitatis Pentecostes in praecipuam Márianam Romae Basilicam nos adducet peculiari ratione recordaturos per talem actum, quomodo apostoli fuerint in Cenáculo Hierosolymitano « perseverantes unanimiter in oratione cum... Maria Matre Iesu... »,[20] cum sese ad Spiritus Sancti adventum compararent. Aequabiliter et nos in die adeo illustri cupimus *perseverare unanimiter in oratione* cum Ea quae secundum dicta Constitutionis dogmaticae Vaticani Secundi de Ecclesia « Deipara est Ecclesiae typus... in ordine scilicet fidei, caritatis et perfectae cum Christo unionis ».[21] Perseverantes itaque in oratione cum illa fiduciaeque pleni de illa committemus Ecclesiam Spiritus Sanctissimi potestati eiusque etiam munus inter nationes mundi omnes tam nunc quam posthac. In nobis enim ipsis hereditatem gerimus eorum quos

[20] *Act* 1, 14.

[21] Conc. Oecum. Vat. II, Const. dogm. *Lumen Gentium,* 63.

Christus e mortuis resuscitatus in universum ire iussit orbem Evangeliumque praedicare omni creaturae.[22]

Pentecostes die cum Maria Iesu Matre in oratione coniuncti illi profecto sibi persuaserunt posse omnino se *hoc mandatum exsequi* Spiritus Sancti virtute roboratus, qui secundum Domini promissionem in eos descendisses[23] Illo proin die heredes nos eorum cohaerebimus eodem in fidei precisque actu.

V

12. Dilecti Fratres Nostri!

Probe novimus vos Feria Quinta in Cena Domini intra communitatem presbyterorum dioecesium vestrarum renovaturos memoriam Ultimae Cenae, in qua panis et vinum per Christi voces Sanctique Spiritus potentiam facta sint corpus et sanguis nostri Servatoris, id est redemptionis nostrae Eucharistia.

Eo igitur die vel aliis etiam opportunis occasionibus loquimini ad totum Dei Populum hisce de anniversariis eventibus actibusque tanti momenti, ut in omni pariter Ecclesia locali Ecclesiaeque communitate commemoretur atque etiam vivantur, quem ad modum plane merentur, ea quidem ratione quae a singulis statuta erit Pastoribus secundum consilia singularum Episcopalium Conferentiarum necnon Coetuum Episcoporum Orientalium.

Maximopere nos celebrationes praenuntiatas iam exspectantes iuvat peculiarem vobis cunctis, Venerabiles carique in Episcopatu Fratres, ac vobiscum communitatibus universis vestris Benedictionem Apostolicam Nostram dilargiri.

Ex Aedibus Vaticanis, die xxv mensis Martii, in Sollemnitate Annuntiationis Domini, anno MCMLXXXI, Pontificatus Nostri tertio.

IOANNES PAULUS PP. II

[22] Cfr. *Me* 16, 15.

[23] Cfr. *Act* 1, 8.

CONSTITUTIO APOSTOLICA

CAXIENSIS

In Brasilia nova dioecesis Caxiensis constituitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui divino consilio in supremi Pontificatus vértice constituti sumus ut simili amore, quo Petrus, gregem Christi regeremus, eo sane curas, et sollicitudines, et studia Nostra conferimus, ut christianae familiae necessitatibus, quantum maxime possumus, provideamus, consulamus utilitatibus : apta enim finium rerumque ecclesiasticarum dispositio fieri non potest quin sive commoda evadat sacris Pastoribus, sive fructus laetiores singulis dioecesibus afferat. Qua re, cum Venerabiles Fratres Emmanuel Petrus da Cunha Cintra, Ep.us Petropolitanus, atque Hadrianus Hypólito, Episcopus Neo-Iguassuensis, audita Conferentia episcopali Brasiliensi, petierint ut divisis suis Ecclesiis nova dioecesis conderetur, Nos, de sententia Venerabilis Fratris Carmeli Rocco, Archiepiscopi titulo Iustinianopolitani in Galatia et in Brasilia Apostolici Nuntii, de consilio Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium Sacrae Congregationi pro Episcopis praepositorum, apostolica Nostra potestate haec decernimus. A dioecesi Petropolitana municipium separamus vulgo « Duque de Caxias », a dioecesi Neo-Iguassuensi municipium Säo Joäo de Meriti, sic ut lege civili terminantur; ex iisque novam dioecesim creamus : cuius sedem ponimus in urbe Duque de Caxias, cathedram in templo S. Antonii Patavini in eadem urbe, factis nempe iuribus sacrarum cathedralium aedium. Ceterum Sedes *Caxiensis* appellabitur. Novam Ecclesiam metropolitanae Sedi S. Sebastiani Fluminis Ianuarii suffraganeam facimus; item eius Episcopum illius Archiepiscopo. Mensam eius constituent sive populi liberae collationes, sive Curiae emolumenta, sive bona, si adsint, quae e divisione bonorum ad canonem 1500 C.I.C. novae circumscriptioni obvenient. Canonicorum Collegium condatur; quousque tamen id fiat, Consultores dioecesani eligantur, Episcopum consilio atque ope iuvaturi. De Seminarii constitutione deque clericorum formatione praecepta iuris communis serventur, ratione habita eorum quae per Decretum Concilii

Vaticani II « Optatam totius » statuta sunt, atque a Sacra Congregatione pro Institutione Catholica sancita. Suo vero tempore, qui meliores fuerint alumni Romam mittantur, in Collegium Pium Brasilianum, ut studiis philosophicis atque theologicis vacent. His Litteris ad effectum deductis per dioecesis constitutionem, Sacerdotes ei dioecesi censeantur ascripti in qua officium vel beneficium habeant; ceteri vero clerici et Seminarii tirones, ei in qua legitime degant. Ad regimen electionemque, Vicarii Capitularis Sede vacante, hisque similia, quod attinet, sacri canones ad amussim serventur. Acta denique et documenta quae novam Ecclesiam respiciant, ad eius Curiam mittantur, religiose custodienda. Ceterum, haec omnia perficiet Venerabilis Frater Carmelus Rocco, de quo diximus, factis nempe facultatibus rei agendae, quas poterit etiam alii legare, si visum, modo viro in ecclesiastica dignitate constituto. Re autem acta documenta exarentur, atque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem pro Episcopis cito mittantur. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undecima mensis Octobris, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo, Pontificatus Nostri altero.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

SB SEBASTIANUS Card. B**AGGIO**
8. Congr. pro Episc. Praefectus

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Liborius Scaccia, *Proton. Apost.*

Loco £8 **Plumbi**
In Secret. Status tab., n. 68142.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabili Servo Dei Bartholomaeo Longo, Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Esurivi enim et dedistis mihi manducare, sitivi et dedistis mihi bibere... quamdiu fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis» *(Matth.* 25, 35, 40). Rerum ergo omnium caput est amor : amorem Dei dicimus et amorem proximi, qui ita coagmentantur, ut unum quid efiiciant, quorum alter similis est priori

(Matth. 22, 37, 39). Quare haec est cuiuscumque adipiscendae sanctitatis via ; ac tale fuit etiam novensilis Beati Bartholomaei Longo iter virtutis. Natus est autem Venerabilis hic vir die undecima mensis Februarii, anno **MDCCCXLI**, Latiani, in finibus dioecesis Uritanae, a Bartholomaeo et Antonia Luparelli ; qui, ut erant fidei divites, filii pectus summa pietate imbuerunt. Ceterum, eandem puer religionem e schola et educatione Clericorum Scholarum piarum exhausit, in urbe Francavilla Fontana, ubi studia humanitatis complevit. Ius didicit tum Lyciae, tum Neapoli, ubi anno **MDCCCLXIV** est doctoris gradum adeptus. Sed heu ! est etiam hic eius christiana fides labefactata, quamvis inviolato corde. Qua re facile fuit e tenebris erroris in lucem emerso priora facta repudiare ad fidemque sanctam redire, iuvante Alberto Radente, Ordinis Fratrum Praedicatorum Sodali. Tum, totum pietati se dedit ductu atque stimulo Venerabilis Emmanuelis Ribera, e Congregatione SS. Redemptoris. Religio praeterea erga adorandum Cor Iesu, quod sanctissime colebat, fecit ut Venerabilem Catharinam Volpicelli cognosceret ; item in amicitiam venit Mariannae Farnararo, nobilis optimaeque mulieris tum viduae ; et cuius ante bona administraverat, mox hanc uxorem duxit, comes omnium benefactorum illius. Factum est autem ut eo tempore, quo negotia Mariannae Farnararo procuraret, in Vallem Pompeianam se conferret ad praedia invisenda quae mulier illa a defuncto viro hereditaverat ; ubi, iniqua gentis condicione motus, consilium etiam cepit rebus, quantum maxime posset, mederi. Quod et fecit christianas veritates docendo, missiones religiosas curando, pietatem in beatissimam Virginem Mariam, Christi Matrem, maxime per Rosarium, colendo ; quin, novum templum struendum curavit. Ceterum, anno **MDCCCLXXVII** librum edidit ((Quindecim Sabbata » ; deinde Supplicationem illam B.M.V. Pompeianae scripsit, nunc toto orbe terrarum diffusam ; mox Commentarii edi coepti sunt ((Il Rosario e la Nuova Pompei ». Post haec orphanotrophium puellarum aedificandum curavit, atque hospitium pueris custodiendis, quorum parentes carcere detinerentur. Tandem, anno **MDCCCXCVII** Religiosam Congregationem condidit Filiarum a Pompeiano Rosario, quas Ordini Fratrum Praedicatorum aggregavit, cuius ipse Tertiarius esset. Futuri providens, Sanctuarium primum, deinde partem orphanotrophii Sanctae Sedi cessit. Demum, anno **MDCCCCVI**, bonis omnibus abdicavit ac eidem Sanctae Sedi permisit. Atque ex eo adiutor factus est atque Delegati Pontificii humilis administer. Cum vero iam octogesimum annum ageret, ad populum provocavit, ut hospitium conderetur, filiabus eorum excipiendis, qui in custodia essent. Quod et feliciter evenit. Tandem, post

coepta tanta, pie sancteque morte lumina clausit die quinto mensis Octobris, anno **MDCCCCXXVI**, ob pietatem egregiam, fidem inconcussam, caritatem suavissimam, patientiam denique heroicam clarus. Cum autem eius fama sanctitatis ac miraculorum gloria cotidie glisceret, per annos **MDCCCCXXXIV-MDCCCCXXXV** instituti sunt processus informativi in Curia Pompeiana, item rogatoriales acti in Uritana atque Papiensi. Post vero varios casus, Paulus VI, Decessor Noster, die decimo quarto mensis Iulii, anno **MDCCCCLXVII**, decrevit Causam beatificationis posse apud Sedem Apostolicam introduci ; ac sequenti anno processus apostolici absoluti sunt. Actum deinde de virtutibus Venerabilis Servi Dei, utrum videlicet heroum more exercuisset, primum in singulari Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum Coetu, deinde in Congregatione Plenaria Patrum Cardinalium. Horum autem suffragia, ab eodem Decessore Nostro probata sunt, facto decreto die tertio Octobris, eodem anno **MDCCCCLXXV.** Ad miracula vero quod attinet, unum e multis actores causae delegerunt : sanationem videlicet perfectam atque constantem Carmelae Rocco. Quam sanationem diligentissime exploratam tum a Theologis, tum a medicis Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum, tum a Consultoribus ac Praelatis, item a Patribus Cardinalibus in Congregatione plenaria, esse vere miraculo tribuendam ob intercessionem Venerabilis Bartholomaei Longo, die tertiadecima Iulii, anno **MDCCCCLXXix** Nos ediximus. Qui praeterea post cetera inspecta prodigia, ab alterius lege exhibendi miraculi partes exemimus. Post haec autem iam statuta dies est ad sollemnem beatificationem tum eius, tum Sororis Mariae Annae Sala, tum Aloisii Orione sacerdotis. Hoc mane ergo, plurimis Patribus Cardinalibus, Episcopis, Christifidelibus utriusque ordinis, in unum collectis, in foro S. Petri, Romae, formulam beatificationis per Sacrum sollemni caerimonia recitavimus, quae fuit : « Nos, vota Fratrum Nostrorum Aloisii Bongianino, Episcopi Derthonensis, Caroli Mariae Martini, Archiepiscopi Mediolanensis, Dominici Vacchiano, Praelati Pompeiani seu Beatissimae Virginis Mariae a SS.mo Rosario, necnon plurimorum aliorum Fratrum in Episcopatu, multorumque christifidelium explentes, de Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum consulto, auctoritate Nostra apostolica facultatem facimus, ut Venerabiles Servi Dei Aloisius Orione, Maria Anna Sala, Bartholomaei Longo, Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die ipsorum natali : Beati Aloisii Orione, die duodécima Martii, Beatae Mariae Annae Sala, die vigesima quarta Novembris, Beati Bartholomaei Longo, die quinta Octobris, in locis et modis iure statutis,

quotannis celebrari possit. In Nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti)). Habita deinde oratione de uniuscuiusque beati vita et virtutibus, eos et venerati sumus et summa religione primi invocavimus. Quae vero per bas Litteras statuimus firma sint in* perpetuum, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXVI mensis Octobris, anno MDCCCCLXXX, Pontificatus Nostri tertio.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco £8 Sigilli

In Secret. Status tab., n. 59770.

II

Venerabili Servae Dei Mariae Annae Sala, Sorori professae e Congregatione Religiosarum v. d. « Marcelline », Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Multas inter Religiosas mulieres, quae vertente saeculo xix septemtrionalem Italiam apostolica actuositate et christianae educationis fructibus honoraverunt, singulari profecto lumine Maria Anna Sala refulget. Quae, in pago Brivio intra Mediolanensis archidioeceseos fines sito orta die vicesima prima mensis Aprilis anno MDCCCXXIX, eodem die baptizata est. Parentes autem eius, honesti et pii, maxima cum diligentia decem liberos suos in catholica religione apprime educaverunt; neque a recta via diverterunt post ingentis familiaris patrimonii interitum. Maria Anna, puerula adhuc, suavem indolem et suimetipsius abnegationem ostendere coepit infirmam matrem sollicite adiuvando in fratribus sororibusque custodiendis eorumque necessitatibus providendo; sedulo etiam eorumdem religiosae institutioni se vovit. Anno MDCCCXL, uti educanda interna ingressa est Collegium Sororum v. d. « Marcelline » in pago Vimercate, ubi pietate ac studio enituit; et die decima sexta Novembris anno MDCCCXLVI diploma ludimagistrae primi gradus consecuta est. Illo eodem die Maria Anna domum paternam reversa est ut domestica exsequeretur officia loco matris cuius valetudo in peius versa erat; at, in religiosam vocationem iam vehementer inclinans, instar Religiosae vivere coepit tempus suum partiens inter assiduam orationem, scholam christianae doctrinae pro sororibus suis aliisque puellis, atque opera caritatis erga

pauperes. Patris dein abrupta contumacia, Dei Famula die vicesima tertia mensis Februarii anno MDCCCXLVIII, duodevicesimo aetatis suae anno nondum expleto, recepta est uti Postulans domo religiosa eiusdem Congregationis in loco Vimercate. Ceterum religiosum habitum induit die duodécima mensis Aprilis anni MDCCCXLIX et, noviciatu peracto, religiosam professionem die tertia decima mensis Septembris anno MDCCCLii emisit coram Archiepiscopo Mediolanensi. Statim ab Antistitis suis varia suscepit munera, quae summa cum sagacia simul et humilitate explevit: itaque, post septem annos actos in domo loci vulgo Cernusco sui Naviglio, ubi magistram egit etiam musices puellarum, Mediolanum translata est, antea videlicet in collegium quod esset in via Quadronno, ubi vices moderatricis gessit et infirmariae munere iuncta est in militari nosocomio S. Lucae ; dein in collegium situm in via Amadei uti magistra scholarum superiorum, cum interea diploma altiorum disciplinarum a civili auctoritate recepisset ; anno vero MDCCCLXVIII Mediolano Genuam se transtulit, ubi vices gessit moderatricis novae domus illic erectae atque in superioribus scholis docuit ; decem elapsis annis Mediolanum perpetuo remeavit, ubi electa est Prima Assistens Antistitae Generalis aliaque munera tuita est praeter institutionem in superioribus scholis; novitiarum itaque fuit magistra, atque bibliothecae et cancellariae domus generalis Congregationis suae praeposita. Mediolani quidem in Domino obdormivit, crudeli interempta morbo, quem heroica patientia pertulerat, die vicesima quarta mensis Novembris anno MDCCCXCI, suae aetatis LXIII. Eximia fuit et est fama virtutum heroicarum a Dei Famula exercitatarum ; cui accedit egregia laus ob mirificam operam ab ea in puellarum educatione collocatam, et ea quidem ratione, quasi praesaga esset necessitatum hodiernae catholicae scholae. Perfecta sane educatrix fuit Maria Anna Sala, quae quadraginta fere annos inter puellas transegit, eis totam se vovens, fortiter simul et suaviter earum animos formans. Eodem tamen tempore suarum discipularum intellectum egregie coluit. Has vero alumnas Maria Anna tenere diligebat earumque personas reverebatur ; quae causa erat, cur Dei Famulae naturali quadam propensione oboedirent. Crescente autem sanctimoniae fama, de eadem canonicae inquisitiones coeptae sunt apud Mediolanensem Curiam anno MCMXXXI ; quibus conclusis, Ioannes XXIII P. M. Commissionem introducendae Causae beatificationis die duodetricesima mensis Ianuarii anno MCMLIX signavit. Institutus dein est processus apostolicus ab anno MCMLXii ad MCMLXIV ac disceptatum est de Famulae Dei virtutibus, quas eam heroum modo exercuisse Paulus VI P. M., Decessor Noster,

edixit Decreto diei vicesimae mensis Ianuarii anno **MCMLXXVII**. Postea, apud Sacram Congregationem pro Causis Sanctorum disquisitum est, ad iuris normam, de miraculis quae Venerabili Dei Famula intercedente a Deo acta dicebantur. Inter autem miras sanationes Causae actores illam selegerunt qua Clothildes Perasso ab acuta peritonitide subitánea ratione sanata est, dum Venerabilis Mariae Annae Sala intercessio invocabatur, idque, post probationem Nostram, per Decretum publici iuris factum est die tertia decima mensis Iulii anno **MCMLXXIX**. A lege autem de altero miraculo adducendo, discutiendo, probando, attenta solida miraculorum fama eidem Famulae Dei tributorum, Nos actores exemimus. His actis, haec dies id est vicesima sexta mensis Octobris anno **MCMLXXX,** ad sollemnem beatificationem Venerabilis Servae Dei Mariae Annae Sala ac praeterea Aloisii Orione et Bartholomaei Longo statuta est. In qua sane, inter Missam, formulam translaticiam sollemniter recitavimus, quae est : « Nos, vota Fratrum Nostrorum Aloisii Bongianino, episcopi Derthonensis, Caroli Mariae Martini, archiepiscopi Mediolanensis, Dominici Vacchiano, Praelati Pompeiani seu Beatissimae Virginis Mariae a SS.mo Rosario, necnon plurium aliorum Fratrum in Episcopatu, multorumque christifidelium explentes, de Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum consulto, auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus, ut Venerabiles Servi Dei Aloisius Orione, Maria Anna Sala, Bartholomaei Longo, Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die ipsorum natali : Beati Aloisii Orione, die duodécima Martii, Beatae Mariae Annae Sala, die vigesima quarta Novembris, Beati Bartholomaei Longo, die quinta Octobris, in locis et modis iure statutis, quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ». Quae vero statuimus rata haberi ab omnibus volumus, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxvi mensis Octobris, anno **MCMLXXX**, Pontificatus Nostri tertio.

A**UGUSTINUS** Card. C**ASAROLI,** *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco £& Sigilli

In Secret. Status tab., ». 61815.

III

Dominico Ibáñez de Erquicia, Iacobo Kyushei Tomonaga, Sacerdotibus Ordinis Fratrum Praedicatorum, Laurentio Ruiz, Laico, atque XIII Sociis honores Beatorum decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Quod ait apostolus Petrus : Christus pro nobis passus est, relinquens nobis exemplum, ut sequamur vestigia eius (cf. *1 Petr.* 2, 21), hoc beati martyres ardenti dilectione fecerunt, quia impleverunt ipsi caritatem qua Dominus dixit non posse esse maiorem (cf. *Io.* 15, 13). Talia enim suis fratribus exhibuerunt, qualia de Domini mensa pariter acceperunt » (Aug. *Tract.* 84, 1-2 ; *C CL* 36, 536-537).

Ita prorsus affirmandum de sexdecim servis Dei, quorum est hic sermo et agitur causa, quorumque, si ad verbi ministerium atque confessionis locum respicias, eadem fuit beata sors, quae sex atque viginti Protomartyrum atque ducentorum quinque Beatorum Iaponiensium, quos Pius IX, venerabilis Decessor Noster, glorificavit.

Fidelissimi autem hi Dei famuli, natione quidem Europaei et Asiatici, religione vero fere omnes ex Ordine Fratrum Praedicatorum quamvis alii alia condicione, fidem christianam per Insulas Philippinas, Formosam atque Iaponicas disseminarunt, suamque erga caelestem Patrem fidelitatem, a quo descendit omnis veritatis lux (cf. *Iac.* 1, 17-18), confirmarunt Nagasakii per patibulum atque fossam, iuxta decreta contra christianos facta annis **MDCXXXIII-MDCXXXVI** a supremo duce illorum Tokugawa Yemitsu.

Primus autem omnium, ratione habita temporis ac dignitatis, venerabilis Dominicus Ibáñez de Erquicia in medium venit, Hispanus, sacerdos ex Ordine Fratrum Praedicatorum, per decem annos Vicarius Provincialis missionis Iaponicae; qui martyrium subiit die quarto - decimo mensis Augusti, anno **MDCXXXIII**, una cum Francisco Shoyemon, Iaponiensi, christianae doctrinae institutore, eodemque novicio atque eiusdem Ordinis fratre adiutor e.

Brevi, id est die decimo septimo eiusdem mensis Augusti, eos, quos diximus, secutus est passione ac morte Iacobus Kyushei Gorobioye Tomonaga, item sacerdos, Ordinis Fratrum Praedicatorum sodalis, atque ex omnibus maior natu, qui cum Michaele Kurobioye institutore immolatus est. Horum autem uterque Iaponiensis fuit.

Eodem anno, die decimo nono mensis Octobris, cruciati sunt Lucas Alonso, sacerdos ex Ordine Fratrum Praedicatorum, natione Hispanus, qui decem per annos sacrosanctam fidem nostram ad usque septemtrionalem partem Insulae Honshu strenue praedicavit; Matthaeus Kohioye a Rosario, institutor atque novicius in eodem Ordine adiutor, e Iaponia, vix duodeviginti annos natus.

Anno vero **MDCXXXIV** vel duae virgines mortem fortiter oppetierunt, condicione Tertiariae Dominicanae eaedemque Missionariorum adiutrices. Fuerunt autem hae : Magdalena, Nagasakiensis, quae fuisset antea Tertiaria Augustiniana, quaeque medio mense Octobri, post supplicia tredecim dierum obiit; atque Marina, ex urbe Omura, die undecima mensis Novembris lento igne absumpta.

Continuant claram hanc martyrum seriem Iordanus Ansalone, Siculus, atque Thomas Hioji Rokuzayemon Nishi, Iaponiensis ; quorum alter in urbe Manila sex annos curam animorum gesserat, alter vero egregius Evangelii praeco fuerat in superioribus partibus Insulae Formosae atque in regione Nagasakiensi. Sacerdotes Dominicam ambo mortem subierunt die decimo septimo mensis Novembris, anno **MDCXXXIV.**

Tempore ultimi ex omnibus sex fuere martyres qui, duce Antonio González, ex Ordine Fratrum Praedicatorum, sacerdote Hispano eodemque theologiae doctore ac rectore Collegii a S. Thoma, e quo Studiorum Universitas Manilensis exorta est, relictis Insulis Philippinis anno MDCXXXVI, Iaponiam petierunt; ubi mox capti — haec fuit eorum fortuna — ultra annum in carcere languerunt in Insula Okinawa, postea Nagasakium ad iudicium translati sunt. Quorum profecto Antonius González, cruciatibus atque febri interfectus, in carcere enectus est, die quarto et vicesimo mensis Septembris, anno **MDCXXXVII** ; ceteri, excruciati tormentis, die septimo et vicesimo eiusdem mensis patibulum subierunt, qua fine Christi amore mortem occubuerunt. Iuvat sane et eorum subicere nomina, in Dei laudem perpetuam. Sunt ergo : Villelmus Courtet, Gallus, doctor theologiae, atque virtute paenitentiae illustris ; Michael de Aozaraza, ex pago Hispanico Oñate, minister animarum fidelissimus; atque Vincentius Shiwozuka, Iaponiensis, qui sacrum ministerium in Philippinis Insulis exercuerant : omnes Dominicam Sacerdotes. Quos non satis fuit carnificibus supplicio crucis absumi, sed et decapitari iusserunt. Factum est ergo ut quos una Fratrum Praedicatorum religio agglutinavisset, eorum etiam eadem sors ac fortuna in morte esset.

Horum autem trium, quos diximus, interpres Lazarus fuit ex urbe

Kyoto, laicus, olim a suis in exsilium, sic ut Vincentius, pulsus, fidei christianae causa. Qui, tametsi brevissime ambo, cruciatibus heu confecti, cesserunt, statim tamen in Dei gratiam reconciliati, martyrium fecerunt.

Sextus autem et horum omnium ultimus Laurentius Ruiz fuit, Manilensis, pater familias, e Sodalitate Rosarii, atque adiutor Fratrum Praedicatorum degentium Binondi, in Manilae suburbio. Qui, primo dubius, postea vero iter simul cum Missionariis perrexit, atque carcerem, poenas, ac vel ultima fata pro fide implevit.

Iamvero si ad beatum Augustinum revertamur a quo digressi sumus, in haec eius incidimus verba : « Multi patiuntur tribulationes ; parem habent poenam : sed parem non habent causam ... non facit martyrem poena, sed causa» (*Serm.* 327, 1-2). Cum autem nostrorum martyrum causa esset certissima, id est Christi fides ac religio, idcirco de illorum beatificatione statim agitatum est, quamvis primum de sacerdotum tantum. Qua re processus informativi, quos dicunt, instructi sunt Manilae ac Macai, annis videlicet **MDCXXXVI-MDCXXXVII**, rite. Quorum tamen cum acta periissent, causa stetit ad nostra usque tempora. Actis autem illis luci redditis, anno **MCMLIX** iterum causa agi coepta est, novis adiunctis documentis, sive sacerdotes illos sive laicos respicientibus ad historicam fidem.

Omnibus ergo apud Sacram Congregationem pro Causis Sanctorum feliciter absolutis, quae sacri canones poscerent, tandem die undecimo m. Octobris, anno **MCMLXXX**, sollemne decretum a Nobis factum est, quo, probato historica atque theologica ratione martyrio, sexdecim horum Dei servorum, iam iter patuit ad sollemnem illorum beatificationem.

Quae locum habuit Manilae, hac ipsa die, occasione itineris Nostri ad Extremum Orientem : Manilae, inquimus, sic ut Venerabiles Fratres Episcopi Philippini poposcerant, ea praesertim de causa, quod Laurentius Ruiz, primus huius nationis beatus, ac ceteri martyres pastoralia munia in nobilissima hac terra tuiti essent.

Hodie ergo, stipati populi multitudine, inter Sacrum formulam quae sequitur pronuntiavimus, qua illos beatos declaravimus : « In fulfillment of the desires of my brothers, Cardinal Joseph Asajiro Satowaki, Archbishop of Nagasaki, Arquiminio Rodrigues da Costa, Bishop of Macau, and Cardinal Jaime Sin, Archbishop of Manila, and of several other brothers in the Episcopate and of numerous faithful, and after consulting the Sacred Congregation for the Causes of Saints, I, by my apostolic authority, authorize that the venerable Servants of God,

Domingo Ibáñez de Erquicia and Jacobo Kyushei Tomonaga, priests of the Order of Preachers, the layman Lorenzo Ruiz, and their thirteen companions be given in future the title of Blessed and that their feast be celebrated annually on the day of their heavenly birth, in the places and in the manner established by law. In the name of the Father and of the Son and of the Holy Spirit. Amen)).

Post haec et venerati sumus gloriosam hanc militum Christi manum et primi invocavimus, ut Ecclesiae universae sua intercessione prosint.

Hae vero Litterae sive nunc sive in posterum firmae sint suamque vim in perpetuum habeant.

Datum Manilae, sub anulo Piscatoris, die xvm mensis Februarii, anno **MCMLXXXI**, Pontificatus Nostri tertio.

A**UGUSTINUS** Card. C**ASAROLI,** *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco £g Sigilli

In Secret. Status tab., n. 70061

IV

Templum in archidioecesi Apparitiopolitana Beatae Mariae Virgini sub titulo « Nossa Senhora Aparecida » dicatum ad gradum et dignitatem Basilicae Minoris evehitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Satis superque constat quantus venerationis cultus iam diu a Brasiliana Ecclesia Beatae Mariae Virgini «Nossa Senhora Aparecida» appellatae tribuatur, quoique ex variis Brasiliae regionibus peregrinantes Christifideles dicatum Ei in civitate Apparitiopolitana templum obire soleant religionis et implorationis causa. In apostolico autem itinere Nostro, quod nuper per Brasiliam fecimus, dedit Nobis Deus ut et sacram aedem istam praeclaram inviseremus et Motu proprio vivaeque vocis oraculo Basilicam Minorem publice institueremus. Nunc igitur, ratione habita tum postulationis Venerabilis Fratris Geraldi Mariae de Moráis Penido, Administratoris Apostolici memoratae Ecclesiae Apparitiopolitanae, tum documentorum de re allatorum, vi et potestate Nostra Apostolica, ratum habentes quod Ipsi Motu proprio et oraculo vivae vocis templo supra nominato concessimus, hisce etiam Litteris statuimus ut idem templum in archidioe-

cesi Apparitiopolitana exstans Beataeque Mariae Virginis sub titulo «Nossa Senhora Aparecida» sacrum ad dignitatem et honorem *Basilicae Minoris* legitime evectum ab omnibus agnoscatur cunctisque iuribus insignitum atque liturgicis concessionibus, quae ceterorum huius ordinis templorum sunt propria; iis tamen servatis, quae ipso sancita sunt Decreto «de titulo Basilicae Minoris» die vi mensis Iunii anno **MCMLXVIII** evulgato. Contrariis quibuslibet non obstantibus. Ceterum volumus ut hae Litterae Nostrae tamquam Breve Apostolicum religiose observentur suosque nunc et in posterum habeant effectus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **XXVII** mensis Aprilis, anno **MCMLXXXI**, Pontificatus Nostri tertio.

A**UGUSTINUS** Card. C**ASAROLI**, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco © Sigilli

In Secret. Status tab., n. 64959.

V

Aedes Manilensis archidioecesis princeps Beatae Virginis Mariae sacra sub titulo Immaculatae Conceptionis ad honorem attollitur Basilicaeque dignitatem Minoris.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Quod ipsum Manilensis Archidioecesis sextum numero cathedrale templum « Immaculatae Conceptionis » nomine insignitum praesentes ibidem Nos Februario mense perlustravimus atque singulari prorsus beatificationis ritu Laurentii Ruiz martyris volentes cohonestavimus, item eo tempore quasi vivae vocis oraculo dignissimum sane pronuntiavimus cui perhonorificus adnecteretur Basilicae Minoris decor splendorque liturgicus novus. Cunctis itaque convenienter interea investigatis illis postulatis et confirmatis, quae tum Episcoporum Conferentiae in Philippinis Insulis tum Sacrae Congregationi pro Sacramentis et Cultu Divino antea fuerant legitime quidem expedienda, iuvat maximopere iam his Litteris usos Nostraeque plenitudine apostolicae potestatis sancire atque edicere ut quod memoravimus Deo dicatum aedificium in cultum Beatae Virginis Mariae « Immaculatae Conceptionis » appellatione invocatae evehatur lege ad gradum statumque Basilicae Minoris et ut universis proin iuribus augea-

tur ac privilegiis quae eodem nomine decoratis aedibus congruunt. Iubemus autem ea omnia nihilo minus diligenter adservari quae secundum Decretum « De titulo Basilicae Minoris)) die vi mensis Iunii anno **MCMLXVIII** foras datum adserventur oportet. Rebus quibusvis neutiquam obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxvn mensis Aprilis anno **MCMLXXXI**, Pontificatus Nostri tertio.

A**UGUSTINUS** Card. C**ASAROLI,** *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco £& Sigilli

In Secret. Status tab., n. 64960.

VI

In urbe vulgo Seregno, in archidioecesi Mediolanensi, templum S. Iosephi ad honorem atque dignitatem Basilicae Minoris evehitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Semper quidem Ecclesia catholica per longas temporum aetates memoriae Sanctorum debitum honorem atque cultum attribuit : sunt enim non solum amici fidelissimi Dei, quos Christus diligit, sed etiam patroni, sortis nostrae atque aeternae hominum fortunae solliciti. Quodsi de S. Iosepho agitur, Beatae Mariae Virginis Sponso, cui sacrae Litterae praeconia tanta faciunt, amor fidelium, et studium, et religio fere in inmensum crescunt. Qua de re, cum Venerabilis Frater Carolus M. Martini, Archiepiscopus Mediolanensis, id ab hac Apostolica Sede suo suique cleri ac populi nomine petierit ut templum Sancto Iosepho dicatum, quod surgit in loco suae archidioecesis vulgari sermone « Seregno » cognominato, ad dignitatem Basilicae Minoris eveheretur, Nos, ratione habita tum ipsius sacrae aedis, quae arte, amplitudine, reliquiis, ac maxime pietate floret, tum eius qui petiit dignitatis, bene fieri censuimus si optatis concederemus. Quae cum ita sint, iis probatis, quae Sacra Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino, factis olim a Nobis potestatibus, hac de re statuerit, placet templum S. Iosephi, in loco vulgo Seregno exstans in archidioecesi Mediolanensi, Basilicis Minoribus annumerari, cum iuribus atque privilegiis dato honori inhaerentibus, modo servata sint quae Decretum «De Titulo Basilicae Minoris» poscit, die vi mensis Iunii factum, anno

MDCCCCLXVIII. Contrariis nihil obstantibus. Ceterum confidimus fore ut collata dignitas templo non modo pietatem erga S. Iosephum augeat in populo, sed etiam Dei gloriam amplificet, in cuius laudem omnia cedere oportet.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XI mensis Maii, anno MDCCCCLXXXI, Pontificatus Nostri tertio.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco © Sigilli

In Secret. Status tab., n. 64645.

VII

Beata Maria Virgo sub titulo « Nuestra Señora de Itatí » Patrona principalis, S. Thomas apostolus Patronus secundarius confirmatur dioecesis S. Thomae in Argentina.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Gratum fuit gratumque semper erit quidquid honori beatae Mariae Virginis, Christi Matris, cedit; quae non solum hominibus adorandum Filium dedit, atque per illum aeternam salutem, sed et Mater nostra est, et exemplum, et patrona in hoc terrestri itinere ad caelum. Simile quid autem de Sanctis afiirmamus, amicis Deo caris, maxime si Apostoli sint. Qua re cum Venerabilis Frater Carolus E. Cremata, Episcopus S. Thomae in Argentina, electionem B.M.V, in Patronam Principalem suae dioecesis, S. Thomae Apostoli vero in Patronum secundarium a populo factam rite probaverit; idemque a Nobis petierit ut hanc electionem et adprobationem ad normam ((Instructionis de Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis », n. 30, confirmaremus, Nos, cum constet electionem atque adprobationem hanc ad iuris praescriptum peractam esse, id probantes quae S. Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino de re statuerit, factis a Nobis olim facultatibus, B.M.V, sub titulo vulgari sermone « Nuestra Señora de Itatí » Patronam principalem, atque S. Thomam Apostolum Patronum secundarium confirmamus apud Deum dioecesis S. Thomae in Argentina, factis nempe iuribus atque privilegiis liturgicis hanc dignitatem consequentibus. Contrariis nihil obstantibus. Ceterum confidimus ut B.M.V, atque S. Apo-

stoli intercessione, in quos populus tanta religione fertur, crescat fides in pectoribus in altissimi Dei gloriam.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die vi mensis Iunii, anno MDCCCCLXXXI, Pontificatus Nostri tertio.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco © Sigilli

In Secret. Status tab., n. 66621.

VIII

Em.mus P. D. **Bernardinus S. R. E. Cardinaiis Gantin Summi Pontificis ad XLII Eucharisticum ex omnibus Nationibus Conventum, Lapurdi in Gallia agendum, Legatus renuntiatur.**

VENERABILI FRATRI NOSTRO BERNARDINO S.R.E. Cardinali GANTIN.

IOANNES PAULUS PP. II

Venerabilis Frater Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem.

Totius iamiam Catholicae Ecclesiae convertuntur merito sensus et oculi Lapurdum, ad celebratissimum illud Galliae oppidum ubi proximo videlicet Iulio mense a die xvi ad xxin, Deo id misericordi potissimum volente, Conventus Eucharisticus, numero **XLII** ab omnium quidem gentium participibus sollemniter festiveque agetur, cuius sacrorum rituum finem Nos ipsi fecissemus nisi aliter Dominus constituisset. Congressum autem illum certo novimus cura singulari ac studio, ut decet, Conferentiae Episcopalis Galliae consociatis etiam disciplinae eius peritis diligenter sane exornari, quin immo praeterea convenienter praeparari aptam per tractationem doctrinarum ad mysterium Eucharisticum varie spectantium in peculiari « Symposio Internationali » Tolosae. Inde nunc facile providere valemus unicum illum Ecclesiae universalis eventum fervore religioni fideique testimonio illustrem fore tum sua celebratione prosperum ac fructibus omnino uberrimum. Porro Sanctissimae Eucharistiae cultus et honor Mariae Beatissimae illic praeclariorem in modum cohaerent ac veluti uno concinunt Ecclesiae usu fideliumque adfectu. Ibi enim Immaculata Dei Genetrix, quae initio se dederat crebrius adspiciendam, declarata innumerabilium hominum pietate plus iam centum annos excolitur; ibi vero cum eadem mariali laude iungitur cotidie Sacrificium Eucharisticum, dum infirmi quoque a Do-

mino Eucharistico transeúnte beneque omnibus faciente invisuntur. Huc dein accedit quod dignissimum commemoratione studiosa esse diuturnaque recordatione censemus titulum ipsum scienter inditum Conventui : ((Iesus Christus - panis fractus pro novo mundo ». Idoneus maxime is Nobis videtur ad illam renovationis plenae excitandam in hominibus ac sustentandam spem, quae temporum istorum quasi quidam clarissimus est index quaeque praecipuas suas vires lucesque ex Eucharistiae Sacramento haurire potest. Siquidem vera omnis mundi renovatio, qua hodie tantopere indiget genus humanum, spiritualis in primis iudicatur ac supernaturalis. Sacramentum autem hoc ineffabilis divini amoris homines totos recreat redintegratque Christi ipsius Servatoris praesentia mystica, gratia salvifica, lucifera doctrina. Reapse concipi animo nequit fons copiosior neque origo certior iuventutis, ut ita dicamus, spiritualis quam ipsum illud convivium quod Iesus Nazarenus tamquam supremum dilectionis suae testimonium instituit pignusque sempiternum vitae perennis suorum assectatorum. Hic panis vivus quo nutriuntur, hic unus quo reiiciuntur potus efficiunt profecto ut — secundum verba alterius Praefationis de Sanctissima Eucharistia — « gratiae Tuae suavitate perfusi ad caelestis formae imaginem transeamus », id est ad vitae novitatem, operae christianae alacritatem, universi orbis reparantem caritatem. Etenim idem ille Eucharisticus panis oblatus quondam pro nobis traditur sine intermissione ut homines mutuo segregati aliquando sed ad unitatem divinitus saepe revocati detegant in se novum erga Deum amorem inter seque novum fraternae necessitudinis vinculum. Haud sine optima causa exsultat Mater Ecclesia voceque elata proclamat hodierna in Sollemnitate Corporis et Sanguinis Christi : « Recedant vetera, nova sint omnia : corda, voces et opera ». Quibus ex dictis simul patefit non istic agi de pio cuiusdam affectionis somnio at de more vivendi novo Christianorum proprio et Sanctissimae ipsi Eucharistiae firmiter innixo. Valde proin exoptamus ut Eucharisticus hic Conventus Lapurdensis animos singulorum prope ac longe participum inflammet ad vias novas Christi Evangelii cognoscendas percurrendas et ubique instituendas. Quo itaque maiore Nostra auctoritate illud contingat et alia quadam praesentia Nostra, non scilicet corporis, confirmentur eiusdem proposita Conventus, idcirco te, Venerabilis Frater, qui Patris dignitate purpurati spectabilis ac pietate Eucharistica insignis es inde a temporibus ministerii tui apud gregem dilectissimum Cotonuensem, eligimus Legatum Nostrum ac renuntiamus ut iure Nostram gerens personam Lapurdensi ex omnibus populis Congressioni Eucharisticae pro Nobismet praesideas.

Minime ceterum dubitamus, quin pro impensa tua erga Apostolicam Sedem fidelitate amoreque in Christi Vicarium quo nites commissum hoc tibi munus feliciter sis ac salutariter impleturus. Divinum tandem Eucharistiae ipsius Auctorem supplices precamur ut proximus idem Conventus fructibus optatis redundet et effectibus, qui valde sine dubio ab omnibus iam exspectantur et ut in spiritualem renovationem terrae Galliae tum Europae tum mundi cuncti bene celebratio vertat. Quae imo ex pectore ominati tibi, Venerabilis Frater Noster, S.R.E. Cardinalibus adsistentibus et Episcopis, sacerdotibus et religiosis sodalibus necnon ipsis fidelibus singulis, qui Eucharisticis istis intererunt sollemnibus, Benedictionem Apostolicam caelestis luminis roboris solaminis auspicem Nos amantissime omnino impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xvm mensis Iunii, in Sollemnitate Corporis et Sanguinis Christi, anno **MCMLXXXI**, Pontificatus Nostri tertio.

A**UGUSTINUS** Card. C**ASAROLI,** *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco £& Sigilli
In Secret. Status tab., n. 61,190.

IX

Beata Maria Virgo sub titulo « Santa Maria delle Aeque » confirmatur Patrona principalis dioecesis Uxellensis et Terralbensis.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Qui semper, ab usque puerili aetate, beatissimam Virginem Mariam et dileximus, et amavimus, et ceu florem coluimus (est enim alma Christi parens, et christianorum omnium mater sanctissima, et mortalium praesidium in hoc terrestri itinere pleno discriminis), magno semper studio ea praestitimus, e quibus maior aut gloria, aut honor, aut laus tantae Virginis, praeter quam Dei, nasceretur : quidquid enim in matris laudem impenditur, in Filii decus redundat. Qua re, cum clerus populusque dioecesis Uxellensis et Terralbensis Beatissimam Virginem Mariam sub titulo populari « Santa Maria delle Aeque », iam ab antiquo teñera pietate veneratam, Patronam principalem dioecesis apud Deum elegerint, atque Venerabilis Frater Antonius Tedde, Episcopus illius Ecclesiae id probaverit, datisque Litteris electionem atque probationem hanc a Nobis confirmari poposcerit, ad norman « In-

structionis de Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis », n. 20 ; Nos, cum omnia ad iuris praescriptiones acta esse constet, admotae expostulationi concedendum esse arbitramur. Iis ergo probatis, quae Sacra Congregatio pro Sacramentis et Cultu divino de re statuerit, factis olim a Nobis potestatibus, placet beatissimam Virginem Mariam sub titulo ((Santa Maria delle Aeque » Patronam principalem dioecesis Uxellensis et Terralbensis esse et haberi, cum omnibus iuribus atque privilegiis Liturgicis iuxta Rubricas competentibus. Ceterum, spe ducimur fore ut attributus honor tum Dei gloriam augeat, tum pietatem erga Virginem. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxx mensis Iunii, anno MDCCCCLXXXI, Pontificatus Nostri tertio.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco ¡$¡ Sigilli

In Secret. Status tab., n. 66917.

CHIROGRAPHUM

Consilium Patrum Cardinalium ad quaestiones organicas et oeconomicas Apostolicae Sedis expendendas constituitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Comperta habentes gravia Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium consilia atque proposita, quae in conventu Sacri Collegii a die v ad diem ix mensis Novembris anno MCMLXXIX celebrato significarunt quaeque eiusdem coetus participes postea Nobis declaraverunt, ea opportune ad effectum adducere studemus. Inter causas autem, de quibus Sacri Collegii Sodales egerunt, reperitur potissimum quaestio de quibusdam Apostolicae Sedis rebus disposite temperandis necnon de ratione eius oeconomica. Expedire quidem videtur ut eaedem causae etiam cum Patribus Cardinalibus, qui per orbem terrarum gregum Pastores sint constituti et universalem Ecclesiam quodammodo repraesentent, accurate excutiantur.

Quae cum ita sint, decernimus atque edicimus ut Consilium instituatur quorundam S.R.E. Cardinalium per terras Archiepiscoporum

residentialium, quorum sit — adiutricem operam praebentibus Romanae Curiae ministeriis, ad quae negotia pertinent, maxime vero Praefectura rerum oeconomicarum Sanctae Sedis — quaestiones organicas et oeconomicas eiusdem Apostolicae Sedis expendere.

Datum Romae, die xxxi mensis Maii, anno **MCMLXXXI**, Pontificatus Nostri tertio.

IOANNES PAULUS PP. II

NUNTIUS GRATULATORIUS

VENERABILI FRATRI NOSTRO IOANNI S.R.E. **PRESBYTERO CARDINALI CARBERRY, ARCHIEPISCOPO OLIM** S. **LUDOVICI.**

Proximum iubilaeum tuum episcopalem considerantes, nunc pro Nostra erga te benevolentia facere omnino non possumus quin, ut eventus ipse postulat, gratulatoriam banc epistulam Nostram consulto et cogitato ad te scribamus, sive ut tantus anniversarius dies, optimis Nostris ipsorum ominibus auctus, quam maximae tibi sit laetitiae causa, sive ut tu, Venerabilis Frater Noster, quam optaveris aut senseris habere Nos de te opinionem tandem cognoscas.

Accipe igitur vota Nostra officii fraternaeque caritatis plena, tibique simul persuadeas Nosmet ipsos spiritu istis interfuturos esse sollemnibus tuis, ut gratissimo animo dignas laudes Optimo Deo ambo exsolvamus, quod ex eius gratia multum operae in Ecclesiae famulatu insumere potueris idemque non solum ut Christi sacerdos sed etiam, et quidem potissimum, ut venerabilis sacrorum Antistes primum in dioecesi Lafayettensi, deinde in Columbensi Ecclesia, postremo in praeclara S. Ludovici archidioecesi, quibus singulis deinceps praefuisti pastor. Cum vero constet quam sollers ac navus officiique diligens fueris in pastorali munere obeundo, Nobis praecipue probatur id quod studiose fecisti, ut clerus et religiosae ac laici ad apostolatum pararentur apta et renovata institutione ; quemadmodum maximi facimus opus vocationibus adiuvandis accommodatum, quod etiam, te duce, meliore sane ratione crevit atque ordine. Meritissime porro in sacrum S.R.E. Cardinalium Collegium suo tempore cooptatus, duorum etiam magni momenti Consiliorum praeses fuisti, Commissionis nempe Liturgiae temporibus nostris aptandae atque Commissionis pro Oecumenismo Conferentiae catholicorum Episcoporum istius Nationis, necnon tibi honori ipsa tribuitur

constitutio Consilii Litteris *Evangelii Nuntiandi* in archidioecesi **S.** Ludovici exsequendis.

Hisce summatim commemoratis ex multis rebus, quae luculenter Episcopatum tuum decoraverunt, in quo quidem neque a religione offici quidquam declinavisti neque officio umquam decessisti, Nobis placet amanter tibi suadere ut, quamvis in praesentia non amplium Ordinarii munere fungaris sed iusta fruaris quiete, nihilominus pergas et in posterum flagrantibus precibus tuis a Sacratissimo Corde Iesu veram perseverantiam in via salutis petere illis Ecclesiae communitatibus, quas olim tibi commissas confirmavisti. Idque ut facias, vehementer etiam atque etiam rogamus, intercedente Beata Virgine Maria, dulcissima Dei hominumque Matre, in cuius amore emines eiusque in tutela ac fide ut essent coepta tua curare consuevisti, et quidem merito, cum Ipsa sit ((tamquam signum certae spei et solatii peregrinanti Populo Dei » *(Lumen Gentium,* 68).

De his igitur recogitans, fac ut laeteris in imminenti iubilaeo tuo, dum Nos precamur divinum Remuneratorem omniumque ducem pastorum, ut meritorum multiplicium tuorum praemia inaestimabilis largitatis olim retribuat; quorum interea pignus et auspex sit Apostolica Nostra Benedictio ex imo pectore tibi, Venerabilis Frater Noster, omnibusque tibi coniunctissimis impertita.

Datum Romae, die xxv mensis Iunii, anno **MCMLXXXI**, Pontificatus Nostri tertio.

IOANNES PAULUS PP. II

NUNTIUS TELEVISIFICAS

Iis qui XLII Eucharistico ex omnibus Nationibus Conventui interfuere missus. *

Chers Frères et Sœurs qui participez au Congrès eucharistique de Lourdes,

Loué soit Jésus Christ!

Depuis la première annonce du Congrès eucharistique, je désirais ardemment y participer en personne. Je souhaitais rassembler, pour l'offrir au Christ, Pimmense hommage qui monterait vers Lui de la

* **Die 21 m. Iulii a. 1981.**

Cité mariale. Je voulais m'associer directement à vous, pour témoigner avec quelle fermeté dans la foi, avec quel élan d'adoration, de gratitude et de joie, avec quel engagement résolu aussi, l'Eglise accueille, célèbre et garde le mémorial du Sacrifice du Seigneur, « Pain rompu pour un monde nouveau », pour le salut de ses frères. Sur place, avec vous, près de la grotte bénie, je pensais implorer de Marie, notre Mère, la Vierge Immaculée, les grâces de conversion qui correspondent à ce sacrement de PAmour divin et sont requises pour l'avènement de ce monde nouveau, selon le message confié par elle à Bernadette Soubirous.

Je regrette vivement de ne pas être physiquement présent parmi vous. Mais la Providence m'invite à en offrir le sacrifice, comme beaucoup d'autres personnes malades ou empêchées, et à y participer sans vous voir et sans vous entendre, mais avec un cœur d'autant plus brûlant qu'il saisit mieux le prix de PAmour du Seigneur et qu'il est sûr de votre dévotion eucharistique.

Ceux que j'aurais aimé saluer et encourager de vive voix, je les bénis avec une chaleureuse affection : vous d'abord, mes chers Frères dans l'épiscopat, réunis autour du Cardinal Bernardin Gantin que je vous ai envoyé comme Légat; vous, prêtres et diacres, ministres avec eux de la sainte Eucharistie ; vous, séminaristes, dont quelques-uns reçoivent à cette occasion le sacerdoce; vous, religieux, religieuses et personnes consacrées, dont l'état de vie est le signe du ((monde nouveau » ; vous, pères et mères de familles, laïcs délégués par vos paroisses ou vos mouvements, représentant les différents milieux de vie, les multiples pays, et la variété des âges ; vous spécialement, enfants, adolescents et jeunes, si aptes à comprendre le dynamisme de PAmour du Christ. J'ai fait une place spéciale aux malades, si proches de la Croix. Je remercie tous ceux qui ont favorisé l'accueil des Congressistes à Lourdes. Je salue aussi nos frères et sœurs qui, tout en n'étant pas en pleine communion avec nous, ont tenu à s'associer à la réflexion et à la prière eucharistiques, en souhaitant qu'un jour nous puissions partager le même calice du Seigneur. Ma prière s'étend à toutes les communautés de l'Eglise catholique représentées à Lourdes, afin que le Christ augmente leur cohésion fervente dans la foi et la charité. Je prie spécialement pour la croissance des jeunes Eglises, en demandant pour elles le pain quotidien en même temps que le Pain de Vie. Enfin je salue avec cordialité les fils et filles de France, que je quittais Pan dernier à Lisieux sur un ((au revoir », et qui accueillent chez eux, à Lourdes, le Congrès du Centenaire.

Je sais que l'ensemble du Congrès — rencontres, conférences, veil-

lées, liturgie des heures, processions, adorations et surtout la célébration de la sainte messe — devait contribuer à vous mettre en présence du mystère eucharistique, pour en saisir les différents aspects, en célébrer les merveilles, en chercher les prolongements dans la vie. Comme disait Jésus : « Heureux vos yeux, parce qu'ils voient, heureuses vos oreilles parce qu'elles entendent » ![1] Vous avez reconnu le Christ, réellement présent dans le sacrement inaugurant le ((monde nouveau », pour lequel il a rompu le pain de son Corps et versé son Sang. Et vous avez fait en même temps l'expérience de la fraternité des fils de Dieu, du bonheur qu'on trouve à partager et à recevoir les uns des autres. Ensemble, vous avez compris que les hommes ne vivent pas seulement de pain, ni même d'amitié humaine, mais de Dieu; qu'ils sont capables de se rassembler pour toute parole et tout geste qui veulent signifier et construire le monde nouveau avec le Christ. Heureux êtes-vous !

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato Membri del Consiglio per lo studio dei problemi organizzativi ed economici delia Santa Sede, costituito con Suo Chirografo del 31 maggio 1981, gli Em.mi Signori Cardinali Arcivescovi residenziali :

Paul Zoungrana, Arcivescovo di Ouagadougou *(Alto Volta)* ; John Joseph Krol, Arcivescovo di Philadelphia *(Stati Uniti d'America)* ; Joseph Parecattil, Arcivescovo di Ernakulam *(India)* ; Terence James Cooke, Arcivescovo di New York *(Stati Uniti d'America)* ; Eugenio de Araujo Sales, Arcivescovo di Rio de Janeiro *(Brasile)* ; Joseph Höffner, Arcivescovo di Köln *(Germania)* ; Joseph Cordeiro, Arcivescovo di Karachi *(Pakistan)* ; Maurice Otunga, Arcivescovo di Nairobi *(Kenya) ;* James Darcy Freeman, Arcivescovo di Sydney *(Australia)* ; Narciso Jubany Arnau, Arcivescovo di Barcelona *(Spagna)* ; Juan Carlos Aramburu, Arcivescovo di Buenos Aires *(Argentina) ;* Jaime L. Sin, Arcivescovo di Manila *(Filippine)* ; Ernesto Corripio Ahumada, Arcivescovo di México *(Messico) ;* Roger Etchegaray, Arcivescovo di Marseille *(Francia)',* Gerald Emmett Carter, Arcivescovo di Toronto *(Canada).*

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Breve Apostolico il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

16 settembre 1981. S. E. Mons. Donato Squicciarini, Arcivescovo titolare di Tiburnia, *Pro-Nunzio Apostolico nel Camerun e nel Gabon nonché Delegato Apostolico per la Guinea Equatoriale.*

Con Biglietti delia Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

31 agosto 1981. Il sac. Franz Mussner, *Consultore delia Commissione per i rapporti religiosi con VBbraismo.*
26 settembre » S. E. Mons. Paul C. Mareinkus, Arcivescovo titolare di Orta, *Pro-Presidente delia Pontificia Commissione per lo Stato delia* **Gitta** *del Vaticano.*

Protonotari Apostolici soprannumerari :

18 febbraio 1981. Mons. Giuseppe Buchmann (Paderborn).
31 marzo » Mons. Jorge Monastoque Valero (Tunja).
14 aprile » Mons. Franz Kirchner (Gurk).
23 maggio » Mons. Franz Wasner (Salzburg).
29 » » Mons. Alfredo Reyes (Manila).
4 giugno » Mons. Paul Wesemann (Münster).
15 » » Mons. Giuseppe Mora (Reggio Emilia).
19 » » Mons. Ferdinand Haberl (Regensburg).
20 » » Mons. Renato Ausiello Lanteri (Ventimiglia).
22 » » Mons. Benedetto De Sanctis (Roma).

Prelati d'Onore di Sua Santità:

14 febbraio 1981. Mons. Joséf Schreiber-Huber (Linz).
» » » Mons. Ferdinando Scheiberbacher (St. Pölten).
17 » » Mons. Konrad Leister (Münster).
21 marzo » Mons. Pedro Antonio Gomez (Sonsón-Rionegro).
» » » Mons. Ignacio Aristizabal (Sonsón-Rionegro).
» » » Mons. Alfonso Duque (Sonsón-Rionegro).
» » » Mons. Flavio Velasquez (Sonsón-Rionegro).
11 aprile » Mons. John Brosnan (Los Angeles).
» » » Mons. William H. Atwill (Los Angeles).
13 » » Mons. John V. Coffield (Orange).
» » » Mons. Michael Collins (Orange).
» » » Mons. Wilbur L. Davis (Orange).
» » » Mons. William Raphael Harvey (Orange).
» » » Mons. John J. Hill (Orange).
» » » Mons. Anthony McGowan (Orange).
» » » Mons. Daniel McLaughlin (Orange).
» » » Mons. Terence P. O'Brien (Orange).
» » » Mons. Hugh O'Connor (Orange).
» » » Mons. Michael Desmond Quinn (Orange).
» » » Mons. Francis W. Roughan (Orange).
» » » Mons. Otto E. Sporrer (Orange).
14 » » Mons. Wilfrid H. Dunphy (Kingston).
» » » Mons. Gerald A. O'Hearn (Kingston).

13	maggio	1981.	Mons. Johannes Schmitdinger (Paderborn).
29	»	»	Mons. Ettore Di Filippo (Teramo).
	»	»	Mons. Ramon Arguelles (Manila).
	»	»	Mons. Vicente Dacuycuy (Manila).
		»	Mons. Felix Ignacio (Manila).
		»	Mons. Felipe Ocol (Manila).
		»	Mons. Manuel Ramos (Manila).
		»	Mons. Oeferino Sanchez (Manila).
		»	Mons. Francisco San Diego (Manila).

C appellant di Sua Santità:

31	ottobre	1980.	II	sac. Philippus Millonig (Gurk).
»	»	»	II	sac. Fridericus Vögel (Gurk).
»	»	»	II	sac. Joseph Weiss (Gurk).
24	febbraio	1981.	II	sac. Gualtharius Schuster (Vienna).
»	»	»	II	sac. Joseph Müller (Vienna).
»	»	»	II	sac. Joseph Weismayer (Vienna).
21	marzo	»	II	sac. Hugo Büchel (Fulda).
»	»	»	II	sac. Alois Haux (Fulda).
11	aprile	»	II	sac. Peter Lypyn (Philadelphia degli Ucraini).
13	»	»	II	sac. Brian P. Coghlan (Orange).
29	maggio	»	II	sac. Giovanni Pichierri (Oria).
»	»	»	II	sac. George Ignacio (Manila).
»	»	»	II	sac. Fidelis Limcaco (Manila).
	»	»	II	sac. Emmanuel Sunga (Manila).
30	»	»	II	sac. Emilio Vetere (Nardô).
»	»	»	II	sac. Francesco Mancini (Tivoli).
4	giugno	»	II	sac. Carmelo Dromi (Bari).
»	»	»	II	sac. Angelo Favale (Frascati).
14	»	»	II	sac. Leonardo Doronzo (Barletta).
15	»	»	II	sac. Paolo Pirondini (Guastalla).
»	»	»	II	sac. Walter Davolio (Guastalla).
»	»	»	II	sac. Nerio Artioli (Reggio Emilia).
»		»	II	sac. Bruno Leoni (Reggio Emilia).
»	»	»	II	sac. Guerrino Orlandini (Reggio Emilia).
»	»		II	sac. Artemio Zanni (Reggio Emilia).
»		»	II	sac. Orlando Rigattieri (Reggio Emilia).
17	»		II	sac. Giuseppe Chinello (Padova).
19	»		II	sac. Teodor TJllric (Freiburg Br.).
10	luglio	»	II	sac. Antonio Borsatti (Venezia).
»	»	»	II	sac. Alfredo Bravi (Lodi).
»	»	»	II	sac. Bronislaus Michalski (Warszawa).
11	»	»	II	sac. Teodorus Poloczek (Katowice).
»	»		II	sac. Jan Wlazly (Lublino).
24	»	»	II	sac. Luigi Bonazzi (Bergamo).
»	»		II	sac. Giuseppe Wesolowski (Krakow).

ONORIFICENZE

Oon Biglietti delia Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha conferito :

La Gommenda delVOrdine Piano:

29 maggio 1981. Al sig. José Maria Zaragoza (Manila).

La Placea delVOrdine di san Gregorio Magno, classe civile:

14 ottobre 1980. Al sig. Hermann Gmeiner (Innsbruck).

La Gommenda delVOrdine di san Gregorio Magno, classe civile.

14	ottobre	1980.	Al sig. Ignaz Zangerl (Innsbruck).
9	febbraio	1981.	Al sig. Cornelius E. Schelfhout (Utrecht).
4	maggio		Al sig. Wolfgang Hamberger (Fulda).
13			AI sig. Francisco J. Carreras (Ponce).
6	giugno		Al sig. Georges Bechara Matta (Sarba - *Libano).*
			Al sig. François Bertrand *(Francia).*
»			AI sig. Jean Lebranchu *(Francia).*
»			Al sig. André Bouillot *(Francia).*
»			Al sig. Carmine Carleo (Cava de' Tirreni).
»			AI sig. Daniele Caiazza (Cava de' Tirreni).
»			AI sig. Pietro De Franciscis (Napoli).
30			Al sig. Emilio Ferroni (Parma).
»			Al sig. Lorio Reale (Roma).

11 *Gavalierato delVOrdine di san Gregorio Magno, classe civile:*

9	aprile	1981.	Al sig. Cornelis P. Lambregts (Bois-le-Duc).
»	»		Al sig. Casper F. N. Van't Hullenaar (Bois-le-Duc),
30	»		Al sig. Julien Vervoort (Anvers).
8	giugno		Al sig. André Soulié *(Francia).*
»	»		Al sig. André Courtaigne *(Francia).*
»	»		Al sig. Louis Mulliez *(Francia).*

La Gommenda delVOrdine di san Silvestro Papa:

4	ottobre	1980.	Al sig. Franciscus Dattier (Vienna).
7	»	»	Al sig. Ferdinando Müleder (Eisenstadt).
17	novembre	»	Al sig. Josef Schröck (Salzburg).
22	gennaio	1981.	Al sig. José Luis Picciuolo *(Argentina).*
30	» .	»	Al sig. Adalberto Schreiner (Eisenstadt).
»	»	»	Al sig. Thomae Wagner (Eisenstadt).

30 gennaio 1981. Al sig. Michaeli Lehner (Eisenstadt).
» » » Al sig. Carolo Weisinger (Eisenstadt).
» » » Al sig. Paulo Lagler (Eisenstadt).
» » » Al sig. Godefriedo Egermann (Eisenstadt).
» » » Al sig. Walthero Langer (Eisenstadt).
» » » Al sig. Edmundo Zimmermann (Eisenstadt).
8 febbraio » Al sig. Otto Nenning (St. Pölten).
9 » » Al sig. David Alexander Mossel (Utrecht).
15 maggio » Al sig. Ennio Rosini (Roma).
21 » Al sig. Claudio Balderi (Roma).
25 » » Al sig. Richard Beauthier (Malines-Bruxelles).
29 » » Al sig. Antonio Pulcinella (Roma).
12 giugno » Al sig. Domenico Delle Grazie (Bari).
» » » Al sig. Vittorio de Palo (Bari).
30 » » Al sig. Giuseppe Astegiano (Roma).
» » » Al sig. Domenico Casa (Roma).
» » Al sig. Domenico Di Virgilio (Roma).
» » » Al sig. Luciano Fiordeponti (Roma).
» » Al sig. Gianni Karrer (Roma).
» » » Al sig. Marcello Negri (Roma).
» » Al sig. Scipio Taiti (Roma).

II Gavalierato delV Ordine di san Silvestro Papa:

7 ottobre 1980. Al sig. Ottoni Csermöy-Schneider (Eisenstadt).
14 » » Al sig. Oskar Wötzer (Innsbruck).
» » » Al sig. Josef Heiss (Innsbruck).
» » » Al sig. Erich Plank (Innsbruck).
17 novembre » Al sig. Sigmund Gustav Eibenschütz (Salzburg).
30 gennaio 1981. Al sig. Matthias Pallitsch (Eisenstadt).
» » » Al sig. Antonio Deutsch (Eisenstadt).
» » Al sig. Paulo Schey (Eisenstadt).
» » » Al sig. Antonio Mürkl (Eisenstadt).
» » » Al sig. Iosepho Sinkovits (Eisenstadt).
» » » Al sig. Francesco Metzger (Eisenstadt).
» » » Al sig. Iosepho Rauchbauer (Eisenstadt).
» » » Al sig. Stephano Gregorich (Eisenstadt).
9 febbraio » Al sig. Anthonius Cornelius Van Kerkhof (Utrecht).
18 » » Al sig. Petrus G. J. H. Ionkers (Haarlem).
24 » » Al sig. Guido Massaria (Venezia).
» » » Al sig. Diego Righetti (Venezia).
3 marzo » Al sig. Vilhelmus Josephus Voet (Bois-le-Duc).
» » » Al sig. Franciscus Van de Kimmenade (Bois-le-Duc).
28 » » Al sig. Carles Gilon (Malines-Bruxelles).
30 aprile Al sig. Remigius C. M. de Kuyper (Rotterdam).
» » » Al sig. Wilbertus N. Van de Wetering (Bois-le-Duc).
» » » Al sig. Franciscus G. C. Hartman (Bois-le-Duc).
» » Al sig. Gerardus Antonius Ingenhoven (Bois-le-Duc).

7 maggio 1981. Al sig. August Leeman (Malines-Bruxelles).
15 » » AI sig. Emil Tritschler (Rottenburg-Stuttgart).
29 » » Al sig. Cristeo P. Aquino (Manila),
4 giugno » Al sig. Giuseppe Tisot (La Spezia).
» » Al sig. Rosario Oostanzo (Roma).
» » Al sig. Nestore Falcucci (Roma).
12 » » Al sig. Ubaldo Fiorentini (Roma),
3 luglio » Al sig. Francesco Maiorino (Policastro).
30 » » Al sig. Lorenzo Oioncoloni (Ohiusi-Pienza).

NECBOLOGIO

1 settembre 1981. Mons. Paschal Sweeney, O. P., Vescovo già di Vanimo *(Papua Nuova Guinea).*
o » » Mons. Giulio Bianconi, Vescovo già di Tarquinia e Civitavecchia *(Italia).*
8 » » Mons. Jacques Michel Djarwé, Arcivescovo di Hassaké-, Msibi *(Siria).*
13 » » Mons. Pius Bonaventura Dlamini, dei Francescani Familiari di S. Giuseppe, Vescovo tit. di Unizibira.
25 » » Mons. Luis Juan Tomé, Vescovo di Mercedes *(Argentina).*
30 » » Mons. Leo Pietsch, Vescovo tit. di Narona.

An. et vol. LXXIII 5 Novembris 1981 N. 9

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Librería Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

LITTERAE ENCYCLICAE

Ad Venerabiles Fratres in Episcopatu, ad Sacerdotes et Religiosas Familias, ad Ecclesiae filios et filias, necnon ad universos bonae voluntatis homines: de labore humano, LXXXX expleto anno ab editis Litteris Encyclicis *Rerum Novarum.*

IOANNES PAULUS PP. II

VENERABILES FRATRES, DILECTI FILII ET FILIAE,

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

LABOREM EXERCENS homo panem cotidianum sibi comparet oportet[1] et insimul ad perennem technicarum artium scientiarumque profectum conferat, praesertim vero ad assiduam morum humanique cultus progressionem societatis, in qua una vitam cum fratribus degit. Quo quidem verbo « laboris » omne opus ab eodem patratum significatur, nulla habita ratione eius indolis et adiunctorum; id est quaevis actio humana eo nomine appellatur, quae pro labore habetur estve habenda tot inter multiplices industriae formas, quarum homo est capax et ad quas, humanitatis suae virtute, est natura sua proclivis.

[1] Cfr. Ps. 127 (128), 2. Cfr. etiam *Gn.* 3, 17 ss.; *Prv.* 10, 22; *Ex.* 1, 8-14; *Ier.* 22, 13.

Ad Dei ipsius imaginem et similitudinem factus[2] in visibili mundi universitate ibique constitutus ut terram subiciat,[3] homo ab ipso suo initio *ad suscipiendum laborem vocatur. Qui quidem labor est una e notis, quibus homo a ceteris animantibus* distinguitur, quorum actio, ad vitam pertinens alendam, labor nequit nuncupari. Solus enim homo ad eum est habilis, solus homo eum exsequitur, eo simul vitam suam terrenam adimplens. Quocirca labor peculiari signo hominis et humanitatis notatur, signo dicimus personae intra personarum communitatem operantis. Quod signum declarat qualis ipse sit interius et quadamtenus ipsam eius naturam constituit.

I

1. Quoniam die xv mensis Maii hoc anno nonagesimus expletus est *annus* ex quo Litterae Encyclicae, praegrande momentum habentes et a verbis *Rerum Novarum* incipientes, a praeclaro illo Summo Pontifice, « quaestionis socialis » insigni tractatore, Leone XIII, editae sunt, hoc documentum *labori humano,* quin potius *ipsi homini* cupimus dedicare, in amplo illo campo operis faciendi, ut revera esse cognoscitur, constituto. Quodsi, ut in Encyclicis Litteris, *Redemptor Hominis* inscriptis, diximus, quas in exordio ministerii nostri apud Romanam Petri Sedem emisimus, homo « est prima et praecipua via Ecclesiae »,[4] idque propter inscrutabile mysterium Redemptionis a Christo peractae, oportet ad hanc viam indesinenter redire eamque novo percurrere studio secundum varias rationes, quibus ea nobis totam plenitudinem simulque omnem fatigationem humanae vitae in terra ostendit.

Labor est quidem una ex illis rationibus, perennis et primaria, semper ad tempus, quod transigitur, proxime pertinens,

[2] Cfr. *Gn. 1,* 26.

[3] Cfr. *Ibid. 1,* 28.

[4] Litt. Enc. *Redemptor Hominis,* 14: *AAS* 71 (1979), p. 284.

atque huiusmodi, ut novam continenter postulet animi attentionem certamque testificationem. Quia novae iugiter *interrogationes* et *problemata* oriuntur, novae semper spes concipiuntur, sed etiam timores terrent et minae, quae cum primaria hac vitae humanae ratione sunt conexae; qua quidem ratione vita hominis struitur cotidie; ex qua ea sibi propriam et peculiarem haurit dignitatem; in ea pariter continetur constans veluti mensura humanae fatigationis, doloris necnon iacturae et iniustitiae, quae altius pervadunt vitam socialem sive intra fines cuiusque nationis sive in gradu internationali. Si verum est hominem labores manuum suarum manducare,[5] id est non solum panem illum cotidianum, quo corporis vita sustentatur, sed etiam panem scientiae et progressionis, civilis vitae humanitatis et ingenii culturae, verum est etiam in omne tempus hominem hoc pane vesci « *in sudor e vultus sui* »,[6] id est non solum nisu et fatigatione sui ipsius, sed etiam tot inter contentiones, conflictationes, discrimina, quae, ad laborem, ut reapse est, spectantia, vitam singularum societatum et etiam totius generis humani perturbant.

Nonagesimam anniversariam memoriam Litterarum Encyclicarum, quae verbis *Iterum Novarum* solent appellari, celebramus, dum novae progressiones in re technologica, oeconomica, politica instant, quae, ut multi asserunt periti, ad totum ambitum operis faciendi et bonorum gignendorum non minus habebunt momentum quam conversio illa et commutatio, qua ob inductam quaestuosam industriam saeculum praeteritum fuit insigne. Varia sunt, ad hoc quod attinet, elementa, quibus pondus inest generale : increbrescens inductio automatismi in multos campos efiectionis bonorum; exardescens pretium energiae et materiarum praecipuarum; augescens persuasio angustiae et intolerabilis inquinamenti rerum naturae; ille

[5] Cfr. *Ps.* 127 (128), 2.

[6] *Gn.* 3, 19.

veluti adventus in publicum populorum, qui, per saecula aliis subiecti, locum legitimum inter nationes et in negotiis internationalibus deliberandis sibi vindicant. Hae novae condiciones et postulationes novam ordinationem et rei accommodatam compagem structurarum oeconomiae hodiernae et distributionis laboris requirent. Quae quidem mutationes fortasse pro ingenti multitudine opificum, speciali peritia praeditorum, pro dolor, coactam cessationem ab opere, saltem ad tempus, aut necessitatem in novo se exercendi genere laboris infèrent, causa erunt, quemadmodum valde probabile esse videtur, ut in regionibus locupletioribus rerum materialium abundantia celerve auctus imminuantur; verumtamen etiam levationem et spem ingerere poterunt pluries centenis milibus hominum, qui aetate nostra in ignominiosa et indigna versantur miseria.

Ecclesiae non est, ad reconditae doctrinae rationem, investigare eventus, qui fieri poterunt, eiusmodi mutationum in hominum convictu. Aestimat tamen Ecclesia sui muneris esse dignitatem et iura hominum labori deditorum semper in lumine ponere atque condiciones exprobrare, in quibus ea violantur, necnon operam conferre ad eiusmodi mutationes ita dirigendas, ut vera progressio hominis et societatis obtineatur.

2. Labor, quatenus est quaestio ad hominem pertinens, sine dubio in media illa vertitur « quaestione sociali », ad quam per hos fere centum annos, ex quo memoratae Litterae Encyclicae sunt editae, Ecclesiae doctrina atque multimoda incepta, cum munere eius apostolico coniuncta, peculiari ratione diriguntur. Quodsi in ipsum laborem hanc considerationem nostram intendimus, id facere nolumus modo disparili, sed potius aptum nexum servando cum tota traditione eiusdem doctrinae eorundemque inceptorum. Simul vero id agimus, secundum directoriam normam Evangelii, ea mente ut de *eiusdem Evangelii thesauro proferamus « nova et vetera »*.[7] Certum

[7] Cfr. *Mt.* 13, 52.

est quidem laborem esse « quiddam vetus » — tam vetus ut hominem ipsum eiusque vitam in terra. Verumtamen generalis status hominis in mundo huius temporis, secundum varias suas facies cognitus et singulatim exploratus, id est secundum geographiam, ingenii culturam civilisque vitae humanitatem, postulat ut *novae significationes laboris* humani reperiantur atque ut *nova officia* enuntientur, quae in hac regione unicuique homini, familiis, singulis nationibus, universo generi humano, denique Ecclesiae ipsi proponuntur.

Horum spatio annorum, quod a vulgatis abiit Litteris Encyclicis *Rerum Novarum,* quaestio socialis non desiit attentam Ecclesiae mentem excitare. Cui rei testimonio sunt multa documenta Magisterii, promulgata sive a Summis Pontificibus sive etiam a Concilio Vaticano Secundo, enuntiationes singulorum coetuum episcopalium, actio variarum sedium, in quibus res est mente agitata vel inceptis apostolicis ad effectum adducta sive in gradu internationali sive intra fines Ecclesiarum localium. Difficile est hic omnes modos particulatim recensere, quibus Ecclesia et Christifideles circa quaestionem socialem officio se religiose obstrinxerunt; sunt enim permulti. Quasi fructus Concilii, sedes praecipua, quae hac in re omnia apte conectit, *Pontificia Commissio a Iustitia et Pace* evasit, quae in singulis Conferentiis Episcopalibus congruentia sibi habet instituta. Nomen vero ipsum illius Consilii est valde significans; siquidem demonstrat quaestionem socialem pertractandam esse secundum integram suam implicatamque rationem. Etenim officium tuendae iustitiae arcte coniungatur oportet cum officio pacis in mundo huius temporis servandae. Huic gemino officio sine dubio favet experientia, aerumnis plena, quae hausta est utroque bello per orbem terrarum saeviente; quibus cladibus per hos nonaginta annos multae regiones sive Europae sive, saltem ex parte, ceterarum continentium sunt concussae. Geminum officium illud, praesertim post alterum

bellum eiusmodi confectum, suadet animos iugiter incedens timor belli atomici et cogitatione depicta imago terrificae, quae inde consequatur, exstinctionis, qua genus humanum se deleat ipsum.

Si *praecipuum ordinem progredientium huiusmodi documentorum* supremi Magisterii Ecclesiae observamus, per ea expressis verbis confirmatur, quemadmodum animadvertimus, hoc ipso modo eam poni quaestionem. Quod ad pacem in mundo attinet, cardo rei in Encyclicis Litteris *Pacem in terris* a Ioanne XXIII editis continetur. Si vero ad progressionem quaestionis de iustitia sociali attendimus, haec sunt significanda: tempore, quod ab Encyclicis Litteris *Rerum Novarum* ad similes Litteras *Quadragesimo anno,* a Pio XI in vulgus emissas, ducitur, Ecclesiae doctrina maxime in quaestione opificum, quae dicitur, aeque solvenda intra fines cuiusque nationis figitur; per subsequens vero temporis spatium eadem doctrina ampliore quodam prospectu universum orbem terrarum complectitur. Inaequalis partitio divitiarum et inopiae et quod regiones sunt et continentes terrae locupletes et indigentes, postulant per aequationem et exquisitionem viarum ad iustiora incrementa bonorum cunctis invenienda. Eo dirigitur doctrina, quae in Ioannis XXIII Encyclicis Litteris *Mater et Magistra,* in Constitutione pastorali *Gaudium et Spes* Concilii Vaticani Secundi et in Encyclicis Litteris Pauli VI a verbis *Populorum Progressio* incipientibus continetur.

Profecto haec ratio progredientis doctrinae Ecclesiae et officii, quod ea circa quaestionem socialem suscepit, congruit omnino cum obiectiva status rerum agnitione. Priore quidem tempore, in media hac enodanda quaestione plurimum tribuebatur imprimis ordini seu « classi », recentiore vero aetate primae partes deferebantur quaestioni ad mundum pertinenti. Unde non solum ambitus « classis » attenditur, sed etiam ambitus inaequalitatum et iniustitiarum in orbe terrarum, atque

adeo non tantum ratio « classis », sed etiam ratio, orbem terrarum complectens, officiorum, quibus via ineatur ad iustitiam in mundo huius temporis perficiendam. Absoluta vero vestigatio condicionis, in qua mundus hac aetate versatur, etiam altius et plenius ostendit significationem prioris indagationis iniustitiarum socialium; quae quidem significatio indenda est conaminibus eo contendentibus ut in terra iustitia oriatur, non tamen dissimulatis iniustis structuris, quarum perscrutatio et mutatio in rationem universaliorem oportet postulentur.

3. Hoc in rerum cursu — sive agitur de cognoscenda obiectiva veritate sociali sive de doctrina Ecclesiae circa implicatam et multiplicem quaestionem socialem — *quaestio de labore humano,* ut liquet, saepe occurrit. Est enim ea quoddam *elementum certum ac stabile* et vitae socialis et doctrinae Ecclesiae. Ceterum hac in doctrina consideratio eiusdem quaestionis multo antiquior est necque his nonaginta circumscribitur annis. Ile enim vera doctrina Ecclesiae deprompta est, veluti e fonte, e Sacris Bibliis, initio sumpto a libro Genesis, praesertim vero ex Evangelio et scriptis apostolicis. Ecclesia iam a prioribus saeculis quaestionem de labore attigit in doctrina sua de homine ac vita sociali atque, peculiari modo, in disciplina morali sociali, secundum variarum aetatum necessitates. Romani Pontifices hoc veluti patrimonium maiorum hereditate acceperunt et excoluerunt in explicanda recenti « quaestione sociali » potissimum per Encyclicas Litteras *Rerum Novarum.* In huius vero quaestionis tractatione problema laboris continenter altius est perspectum et ad novum rerum statum accommodatum, firmiter servato illo veritatis fundamento christiano, quod dici potest perenne.

Quodsi in hoc documento denuo de hac disserimus quaestione — non tamen mens est omnes eius partes attingere — id minus propterea fit ut congeramus et iteremus ea quae in Ecclesiae doctrina continentur, quam potius ut ostendamus

— fortasse apertius quam usque adhuc evenit — laborem humanum esse *veluti cardinem,* probabiliter primarium, totius quaestionis socialis, si hanc vere intueri studemus, quatenus bono hominis serviat. Si solutio — seu, quo rectius dicamus, gradatim progrediens solutio — quaestionis socialis, quae continenter occurrit atque in dies fit implicatior, est quaerenda eo consilio ut vita humana humanior reddatur,[8] tunc reapse ille cardo, id est labor humanus, momentum primarium obtinet ac decretorium.

II

4. Ecclesia persuasum sibi habet laborem humanum esse rationem fundamentalem vitae hominis in terra. Qua in persuasione confirmatur etiam totum inspiciendo thesaurum multiplicium disciplinarum, quae de homine agunt ; quae sunt : anthropologia, palaeontologia, historia, sociologia, psychologia, aliae : hae enim omnes modo non refutabili hanc veritatem testantur. Hoc vero animi iudicium Ecclesia potissimum haurit e fonte revelati verbi Dei ita ut persuasio, in intellectu insidens, simul fiat persuasio ex fide. Cuius rei haec est causa — operae pretium est id iam nunc animadvertere — quod Ecclesia credit in hominem. Ea de homine cogitat ad eumque se convertit non solum innixa experientia historica, non solum ope variarum methodorum cognitionis doctrinis comparatae^ sed imprimis luce affulgente revelati verbi Dei viventis. Ad hominem se referens, ea aeterna illa consilia atque sortem, naturam transcendentem, studet declarare, quam cum eo Deus vivens, Creator et Redemptor, coniunxit.

Ecclesia iam *in prioribus paginis libri Genesis* fontem reperit et causam cur sibi persuadeat laborem esse primariam quandam vitae humanae rationem in terra. Horum locorum per-

[8] Conc. Oec. Vat. II, Const. past. *Gaudium et Spes* de Ecclesia in mundo huius temporis, 38: *AAS* 58 (1966), p. 1055.

scrutatio nos conscios reddit in iis — licet interdum modo pervetusta cogitata proferendi — veritates fundamentales de homine esse enuntiatas, iam in ipso contextu verborum, quibus mysterium creationis narratur. Hae sunt veritates, quae inde ab initio de homine statuunt atque cursum eius vitae in terra, quasi magnis lineamentis ductis, adumbrant sive in statu iustitiae primigeniae sive post fractum peccato foedus originale, quod Creator cum creatura sua in ipso homine iniit. Cum is, factus « ad imaginem Dei... masculus et femina»,[9] haec verba audit : ((*Crescite et multiplicamini et replete terram et subicite eam* »,[10] ea dicta — quamvis non proxime et expresse ad laborem referantur — oblique, omni sublata dubitatione, eum significant quasi navitatem in mundo exsequendam: quin immo reconditam eius essentiam ostendunt. Est autem homo imago Dei, missis aliis rebus, eo quod a Creatore suo mandatum accepit terram subiciendi. Quod implens praeceptum, homo, quivis animans humanus, efficit ut actio ipsa Creatoris universi in semet ipso reluceat.

Labor, quatenus operatio « transitiva » habetur, id est talis ut a subiecto humano proficiscens ad obiectum externum dirigatur, postulat ut homo speciali ratione terrae dominetur, atque simul hanc dominationem firmat et promovet. Verbum terrae, quod in pagina biblica occurrit, sic imprimis est intellegendum, quemadmodum liquet, ut illam partem universi visibilis significet, quae ab homine incolitur; eodem vero vocabulo, latius patente, totus mundus aspectabilis potest comprehendi, quatenus illo veluti ambitu terminatur, intra quem homo vim suam exercet eave exquirit, quibus necessitatibus suis satisfaciat. Locutio autem « subicite terram » amplissimum habet momentum; siquidem universas opes declarat, quae in terra (et oblique in mundo visibili) sunt reconditae atque actione ho-

[9] Cfr. *Gn.* 1, 27.

[10] *Gn.* 1, 28.

minis, cum religionis officio coniuncta, detegi queunt opportuneque ab eo adhiberi. Itaque verba illa in Sacrorum Bibliorum initio posita *numquam desinunt ad praesentia pertinere.* Ea pariter cunctas praeteritas aetates cultus civilis et oeconomiae complectuntur necnon aevum nostrum, ut est reapse, et futura tempora et gradus progressus, qui fortasse aliquatenus iam adumbrantur, sed magnam partem homini adhuc fere incogniti sunt et occulti.

Si interdum de aetatibus est sermo, quibus in vita oeconomica et civilis cultus inductione apud hominum genus et singulas nationes res « accelerantur » — cuiusmodi acceleratio cum progressione disciplinarum naturalium artisque technicae, maxime vero cum inventis summum momentum ad vitam socialem-oeconomicam habentibus copulatur — est tamen dicendum nullam hoc genus accelerationem id egredi, quod verbis antiquissimi illius textus biblici essentialiter continetur. Homo enim, opere suo magis magisque dominus terrae evadens, atque — ipso quidem labore — dominium suum in mundum visibilem confirmans, utcumque et in quolibet gradu huiusce progressionis in via illius primigeniae ordinationis, a Creatore datae, manet constitutus. Quae ordinatio necessario et indissolubili modo cum hoc conectitur quod homo, masculus et femina, « ad Dei imaginem » est creatus. Hic autem *rerum ordo* est simul *universalis,* cum omnes comprehendat, unamquamque generationem, quemvis gradum progressus oeconomici et *culturalis,* estque pariter ordo, qui *in unoquoque homine,* in quolibet subiecto humano sui conscio efficitur. Singuli universi hoc ordine simul implicantur; singuli universi, ratione quidem congruenti et inaestimabili numero modorum, partem habent immensi huius ordinis, ex quo homo per laborem suum « subicit terram ».

5. Haec autem universali tas simulque multiplicitas actionis, qua terra subicitur, laborem humanum illustrat, quoniam ho-

minis dominium in terram exercetur in labore faciendo et ope laboris. Inde significatio *laboris modo obiectivo concepti* elucet, qui sensus variis aetatibus ingenii culturae civilisque vitae humanitatis reapse est ostensus. Homo terrae quidem iam eo ipso dominatur quod animalia mansuefacit, ea nutricans indeque cibum et indumenta capiens necessaria, et eo quod e terra et mari varii generis opes elicit naturales. Multo magis vero homo subicit terram, cum eam colere incipit ac deinde proventus élaborât suo accommodans usui. Est ergo agrorum cultura praecipuus campus, in quem actio oeconomica excurrit, et pernecessarium elementum, labore humano comparatum, artis bonorum gignendorum. Machinalis autem industria semper consistet in colligandis divitiis terrae — sive agitur de opibus ultro ipsa partis natura, sive de proventibus agrorum culturae sive de copiis fodinarum et chemicis — cum hominis labore, videlicet cum opere corporis eius atque ingenii. Id ipsum quadamtenus est dicendum etiam de campo machinalis industriae ad ministeria, ut aiunt, spectante, atque de indagatione, prorsus rationali vel rebus applicata.

Actio hominis in machinali industria agrorumque cultura crebro esse desiit opus, quod potissimum manibus fiat, quoniam contentio manuum et nervorum opera *machinarum et mechanematum magis in dies perfectorum* adiuvatur. Non solum in quaestuosam industriam, verum etiam in agrorum culturam mutationes invectas esse conspicimus, quod ut eveniret, gradatim progrediens scientia arsque technica effecerunt. Hoc, si loquimur universe, historica ratione causa fuit magni momenti flexuum cursus, quod attinet ad civilem cultum, ab exordio aetatis machinali industria insignis ad subsequentis temporis spatia, quibus res profecerunt ope novorum artificiorum technicorum, cuiusmodi sunt res electrónica vel his annis inducta minima mechanemata electrónica *(microprocessori, microprocessors)*.

Quamquam in cursu quaestuosae industriae exercendae ma-

china videri potest « laborare », dum homo ad eam solummodo attendit, variis modis perficiens atque adiuvans eius motionem, tamen verum est, propter hoc ipsum, progressionem artis eiusdem causam, quae subsit, afferre cur nova ratione problemata laboris humani proponantur. Sive prima machinalis industriae inductio, unde quaestio operaría, quae dicitur, est exorta, sive insequentes mutationes invectae, cum quaestuosa industria polieret, et quae post aetatem illam acciderunt, dilucide ostendunt etiam tempore operis magis magisque machinis facti subiectum laboris manere hominem ipsum.

Progrediens industria quaestuosa variarumque partium cum ea conexarum, in quibus usque ad recentissima artificia in re electrónica, maxime in instrumentis ad minimum redigendis, in disciplina nuntia transmittendi, in re telemathetica aliisque est perventum, declarat quam immensi sit ponderis, in mutua actione inter subiectum et obiectum laboris (quod postremum verbum hic latissime patet), socia illa laboris, ab humana intellegentia manantis : ars technica. Ea quam hic non capacitatem vel habilitatem ad opus faciendum sed *instrumentorum summam* intellegimus, quibus in labore utitur homo, sine ulla dubitatione est socia hominis. Per eam enim laboris incrementum secundatur, perficitur, festinatur, amplificatur. Ea progredientem scientiam impellit ut quantitas rerum, quae labore gignuntur, augeatur ac multae ex his etiam quoad qualitatem exponantur. Verumtamen accidit interdum ut ars technica e socia in adversatricem hominis mutetur, veluti cum machinarum inductio in opus faciendum « supplantât » hominem, omne auferendo ei oblectamentum, quo ipsemet fruatur, et stimulum operam creatricem praestandi et officia in se recipiendi, cum multos opifices, antea labori insistentes, occupatione privat vel, eo quod machina nimis extollitur, hominem in huius redigit servitutem.

Si ergo verba biblica « subicite terram » ad hominem in ipso initio dicta, ita intelleguntur ut ad totam recentiorem aetatem, quae ex inducta quaestuosa industria et e spatio temporis illam

subsequentis appellatur, pertineant, sine dubio etiam rationem continent, sibi cum arte technica intercedentem, id est cum universitate machinarum et mechanematum, quae labore humani ingenii est parta atque dominium hominis in naturam historice confirmat.

Recentior aetas rerum humanarum, maxime apud quasdam societates, vim atque momentum artis technicae merito attulit quasi primaria ratione valentis ad progressum oeconomicum: pariter autem arte illa vigescente, interrogationes praecipuae sunt ortae et oriuntur continenter : quae ad laborem humanum pertinent respectu eius subiecti, quod est homo ipse. His vero interrogationibus pondus inest peculiare, quod attinet *ad argumenta et contentiones indolis ethicae et ethicae-socialis.* Quam ob rem eaedem interrogationes iugiter quasi provocant multiplicia instituta, Civitates earumque moderatores, systemata et coetus internationalia; ipsam etiam Ecclesiam provocant.

6. Laborem perscrutari pergentes, quatenus eiusmodi vestigatio cum verbis Sacrarum Scripturarum coniungitur, quorum vi hominis est terram subicere, animum oportet intendamus in *laborem subiective acceptum;* quod multo magis praestandum est quam usque adhuc egimus sensum eius obiectivum tractantes, amplum illum quaestionum complexum vix attingendo, qui variis hominibus in doctrinae disciplinis versantibus atque iis ipsis, qui labori sunt dediti secundum specialia sua munera, omnino singulatimque est notus. Verba libri Genesis, ad quae in hac investigatione referimur, de labore agunt oblique, quod ad significationem attinet obiectivam, atque eodem modo etiam subiectum tangunt laboris; quae vero iis affirmantur, ea gravia sunt aliaeque significationis plena.

Homo terram subicere debet eique dominari, quippe qui cum sit imago Dei, sit persona, id est animans subiectivus, capax ad agendum ratione praestituta et rationali, capax ad deliberandum de se eoque contendens ut se ipsum perficiat. Homo igi-

tur, *quatenus est persona, est subiectum laboris;* ut persona opus facit, varias exsequitur actiones ad laboris cursum pertinentes, quae omnes, separatim a vi sua obiectiva, humanitati eius efficiendae et implendae vocationi, ex qua est persona quaeque vi ipsius humanitatis eius est propria, debent inservire. Praecipuae veritates, ad hoc spectantes argumentum, non ita pridem a Concilio Vaticano Secundo sunt in memoriam revocatae ac quidem in Constitutione *Gaudium et Spes,* praesertim in primo capitulo, ubi de vocatione hominis agitur.

Itaque « dominium » illud, de quo textus biblicus, quem hic meditamur, loquitur, non solum ad rationem obiectivam laboris refertur, sed simul nos etiam rationem eius subiectivam mente comprehendere edocet. Labor, quatenus est series actionum, quibus homo et genus humanum subiciunt terram, cum hac primaria notione, in Sacris Bibliis expressa, solummodo congruit, si homo in toto hoc operis faciendi cursu se ipsum manifestat et probat ut *eum qui « dominatur »*. Quae quidem dominatio quadamtenus potius ad rationem subiectivam refertur quam ad rationem obiectivam: ea ratio ipsam afficit *naturam ethicam* laboris. Re quidem vera non est dubium quin in labore humano vis ethica insit, quae sine ullis ambagibus proxime cum hoc conectitur quod is qui opus facit, est persona, subiectum conscium et liberum, id est subiectum de se ipso deliberans.

Haec veritas, quae quodammodo est intima et perennis medulla christianae doctrinae de labore humano, primarium momentum habuit et habet ad enuntiationem problematum socialium, quae magni sunt ponderis totasque complectuntur hominum aetates.

Antiquis temporibus discrimen, proprium ac peculiare, invaluit, ex quo homines in ordines describebantur secundum indolem operis, ad quod incumbebant. Opus, ad quod exercitatio corporis in opifice requirebatur, id est labor nervorum et manuum, homine libero indignum putabatur et ideo ad eum patrandum servi destinabantur. Christiana vero religio, quasdam

rei facies, Antiqui Testamenti proprias, amplificans, hac in causa notiones radicitus mutavit, a toto thesauro nuntii evangelici proficiscens ac praesertim a veritate, ex qua Is qui, cum in forma Dei esset, in omnibus similis factus est nobis ;[11] qui maiorem partem vitae suae labori impendit, ad fabri mensam sese exercens. Hoc ipsum per se significantissimum est « evangelium laboris », quod fundamentum ostendit, quo innixus quis statuat de vi et momento laboris humani et asseveret illud non esse imprimis genus operis, quod fiat, sed personam esse eum qui id exsequatur. Fontes igitur dignitatis laboris ante omnia in eius ratione non obiectiva sed subiectiva sunt exquirendi.

Si de hac re ita sentitur, fundamentum ipsum paene evanescit, cui inhaerentes veteres in varios ordines homines secundum genus laboris ab iis patrati dividebant. Inde tamen non consequitur ut opus humanum, obiectiva ipsius ratione spectata, non possit neque debeat ullo modo comprobari atque extolli. Id solum est dicendum *primarium fundamentum momenti laboris esse hominem ipsum,* qui eius est subiectum. Quocum ilico haec conclusio magni ponderis et indolem prae se ferens ethicam conectitur: quamvis verum sit hominem ad opus faciendum natum esse vocatumque, tamen prae primis « labor inservit homini, non homo labori ». Hac ipsa conclusione merito adducimur ut praestantissimam significationem subiectivam, sensui obiectivo antecellentem, agnoscamus. Rem ita animo concipientes atque ponentes in variis operibus ab homine factis maiorem aut minorem inesse vim obiectivam, volumus tamen aperte affirmare unumquemque laborem *aestimandum esse pro dignitate,* quae propria sit ipsius subiecti eiusdem laboris, id est personae seu *hominis opus illud facientis.* Vicissim, separate a labore, quem unusquisque perpetrat homo, si positum sit eundem esse finem, quo contendat operatio — isque interdum multum diligentiae et studii postulat — hic finis non habet per

[11] Cfr. *Heb.* 2, 17; *PMlp. 2, 5-8.*

se significationem certam ac terminalem. Ad summam enim *scopus laboris,* cuiusvis laboris, quem sustinet homo — quamvis agatur de opere ad servitium maximopere pertinente, sive omni varietate carente secundum communem modum iudicandi, quinimmo in societatis partes secundarias potissimum detrudente — ipse homo iugiter manet.

7. Hae ipsae affirmationes, capitum vim habentes, de labore e divite penu veritatis christianae, praesertim ex ipso nuntio « evangelii laboris », semper manaverunt et fundamentum effecerunt novi modi cogitandi, aestimandi, agendi apud homines. Recentiore tempore, ex quo aetas quaestuosae industriae coepta est instaurari, veritas christiana de labore oportebat opponeretur variis mentium inclinationibus, quae placita *materialistica* et *oeconomistica,* quae dicuntur, sequebantur.

Nonnulli eiusmodi sententiarum fautores habebant ac tractabant laborem quasi quandam « mercem », quam opifex — potissimum vero operarius machinali industriae addictus — Conducton operis vendit, qui simul est possessor opum « capitalium », id est universitatis instrumentorum ad opus faciendum aptorum et subsidiorum, quibus bona valeant gigni. Haec ratio de labore ita sentiendi fortasse praesertim priore parte saeculi XIX est pervagata. Subsequente vero tempore expressis verbis conceptae affirmationes huiusmodi fere prorsus evanuerunt, cum modus humanior de labore cogitandi et aestimandi invalesceret. Actio mutua inter hominem opus facientem et summam instrumentorum et subsidiorum ad bona gignenda in causa fuit ut variae formae immodera ti opum conges tus seu *capitalismi,* quem appellant, orerentur — pariterque multiplex ratio collectivae rerum dispensationis — quo alia se insinuarunt elementa socialis-oeconomicae indolis, effecta novis adiunctis certis ac definitis, actione collegiorum opificum et publicarum potestatum, necnon interventu magnarum domorum societatumque bonis gignendis, nationum fines egredientium. Nihilominus

periculum, ne labor habeatur pro « merce sui generis » vel pro quadam sine nomine vi, ad bona parienda necessaria (sunt qui vel de « labore-vi » loquantur), *permanet adhuc* eritque semper, si tota ratio de quaestionibus oeconomicis statuendi insigniter proficiscitur a praemissis sententiis *oeconomismi materialistici* propriis.

Ad hunc modum cogitandi et aestimandi occasionem continenter dispositeque oblatam atque quadamtenus etiam stimulum praebet incitatus cursus progredientis cultus civilis, ad unum materialismum spectantis: in quo momentum tribuitur imprimis rationi obiectivae laboris, subiectiva autem — id est quidquid sive oblique sive directo ad ipsum subiectum laboris refertur — secundas obtinet partes. In singulis huiusmodi eventibus, in quavis condicione sociali huiusce generis confunditur vel etiam invertitur ordo, initio verbis libri Genesis constitutus : scilicet *homine ut mero instrumento utuntur ad bona gignenda,*[12] cum utendum sit eo — eoque solo — nulla habita ratione operis, quod facit, ut subiecto efficiente laborem eiusque vero artifice ac magistro. Haec ipsa inversio ordinis, neglecta hic ratione rerum agendarum et appellatione, qua indita ea ad effectum adducitur, vocanda esset nomine *capitalismi* eo quidem sensu, de quo infra fusius agetur. Notum est quidem *capitalismo* definitam significationem historicam inesse, utpote systemati, videlicet systemati oeconomico-sociali, prout socialismo vel communismo opponatur. Tamen, si ad vestigationem fundamentalis veritatis attenditur, ex qua totus cursus rerum oeconomicarum atque imprimis structurae ad bona parienda pertinentes — cuius generis est ipse labor — aestimantur, oportet agnoscere errorem *capitalismi* primigenii posse iterari, ubicumque homo, perinde ac universitas subsidiorum materialium ad bona gignenda destinatorum, quodammodo ut instrumentum, non secundum veram dignitatem laboris sui, id est non ut subiectum et auctor

[12] Cfr. Pii PP. XI Litt. Enc. *Cuadragésimo anno: AAS* 23 (1931), p. 221.

atque adeo ut verus finis, ad quem totus cursus bonorum pariendorum contendit, tractetur.

Unde intellegitur pervestigationem laboris humani, menti lucem afferentibus verbis illis, quae ad dominium hominis in terram spectant, in *imas veluti medullas illius complexus quaestionum ethicarum-socialium* penetrare. Eiusmodi iudicium oportet sit praecipuum in toto campo rei politicae, quae est socialis et oeconomica, quod attinet sive ad singulas regiones sive ad ampliores rationes, inter nationes et continentes terras intercedentes, praesertim respectu habito contentionum, quas est in mundo animadvertere non solum inter orientem et occidentem sed etiam inter septentriones et meridiem. Illos varios gradus complexus quaestionum ethicarum-socialium horum temporum summo studio considerarunt sive Ioannes XXIII in Encyclicis Litteris, a verbis *Mater et Magistra* incipientibus, sive Paulus VI in Encyclicis Litteris, quorum priora sunt verba *Populorum Progressio.*

8. Si ergo de labore humano agitur secundum primariam rationem eius subiecti, id est hominis-personae opus aliquod facientis, oportet ex hac ipsa parte saltem summatim expendere rerum progressiones, quae per hos nonaginta annos, qui ab editis Encyclicis Litteris *Rerum Novarum* sunt elapsi, evenerunt, quod attinet ad rationem subiectivam laboris. Quamvis enim subiectum laboris semper sit idem, id est homo, tamen, si rationem obiectivam respicias, immutationes conspicuae accidunt. Etsi *labor,* propter subiectum suum, dici potest *unus* (unus quidem, ac toties non iterabilis) tamen, si obiectivae eius rationes, quo dirigitur, considerentur, statuendum est *multos esse labores:* tot labores diversos. Ad haec progrediens cultus civilis et humanus continuo affert incrementa. Pariter autem animadvertendum est in hac progressione non solum novas formas laboris apparere, sed et alias dilabi. Sit sane hoc, ex generali principio, quiddam ex sólito eveniens, tamen videndum

est utrum et quatenus vitia eo irrepant, quae ob causas ethicas-sociales possint esse periculosa.

Propter eiusmodi magni ponderis inaequalitatem seu anomaliam saeculo proxime praeterito est orta « quaestio operaria », quae dicitur, interdum vero etiam « quaestio proletaria » nuncupatur. Quae quidem quaestio — una cum problematibus cum eadem conexis — effecit ut iusta exardesceret repugnantia socialis atque suscitaretur et quasi erumperet magna et alacris necessitudinis coniunctio inter opifices, imprimis inter eos qui machinali industriae operam dabant. Invitamentum ad eiusmodi necessitudinis coniunctionem ineundam et ad actionem communem suscipiendam, quod opificibus est adhibitum — praesertim iis qui opus faciebant in circumscripta quadam parte, praeterea opus sine varietate, homines persona quasi exuens in amplis sedibus industriae machinalis, cum videlicet machina praevalet homini — magnum habuit momentum vinique significantem, quod attinet ad rem ethicam socialem. Hae sociatae voluntates *deminutioni dignitatis hominis obnitebantur, quatenus hic est subiectum laboris,* et simul inaudito adiuncto quaestui, cui illi habebantur, quod pertinet ad emolumenta percipienda, ad condiciones operis faciendi, ad cautiones opificibus providendas. Hic profecto renisus operarios in communitatem consociavit, arcta necessitudinis coniunctione insignitam.

Si doctrina per Encyclicas Litteras *Rerum Novarum* multaque documenta postmodum a Magisterio Ecclesiae tradita inspicitur, oportet aperte fateri probandam fuisse, *respectu rei moralis socialis,* illam repugnantiam contra formam iniustitiae ac nocumenti, quae iras e caelo ultrices devocabat[13] quaeque opifices opprimebat, quo tempore praepropere invalescebat quaestuosa industria. Hic status rerum fovebatur illo systemate sociali-politico « liberali », quod, secundum sententias oecono-

[13] Cfr. *Dt.* 24, 15; *Iac.* 5, 4; et etiam *Gn.* 4, 10.

mismi proprias, incepta oeconomica solorum dominorum opum « capitalium » firmabat ac tuebatur, non satis tamen rationem ducebat iurium opificum, affirmando laborem humanum esse tantum instrumentum ad bona gignenda atque opes « capitales » esse fundamentum, elementum efficiens atque finem artis bonorum pariendorum.

Exinde solida inter opifices coniunctio, dum simul conscientia aliorum circa iura operariorum acuebatur et maiore devinciebatur officio, crebro permagnas mutationes induxit. Varia systemata nova sunt conficta; variae formae novi immoderati divitiarum congestus seu, ut aiunt, *novi capitalismi* vel collectivae rerum dispensationis profecerunt. Opifices haud raro participare possunt et reapse participant procurationem et inspectionem bonorum, quae a domibus vel societatibus eiusmodi bonis efficiendis gignuntur. Per consentaneas consociationes illi vim et momentum habent ad condiciones, in quibus opus fiat, atque mercedis, necnon ad legum socialium lationem. Verumtamen varia systemata ideológica vel potestativa novaeque mutuae rationes in diversis gradibus humani convictus subortae effecerunt ut *manifestae iniustitiae permanerent et novae inferrentur.* Si orbis terrarum universus spectetur, profectus cultus civilis et communicationis socialis in causa fuit ut condiciones vitae et laboris hominis in toto orbe terrarum plenius dignoscerentur ; sed et aliae formae iniustitiae sunt compertae, iis multo ampliores, quae saeculo elapso ad unitatem hominum labori addictorum per peculiarem necessitudinis coniunctionem inter plebem operariam impulerunt. Quod accidit in regionibus, in quibus machinalis industriae inductio, res commutans, aliquantum processit; item in illis, in quibus campus praecipuus operis faciendi *agrorum cultus* vel alia huic similia munera esse non desinunt.

Motus ad solidam coniunctionem in humani laboris provincia conciliandam contendentes — quam necessitudinem a col-

loquendo et a cooperando cum aliis numquam alienam esse licet — necessarii esse possunt etiam quod attinet ad condiciones quorundam societatis ordinum, qui antea iisdem motibus non comprehendebantur : qui quidem in rerum socialium temperationibus et in vitae condicionibus, quae demutantur, *revera ad proletarios rediguntur* aut iam in statu proletariorum reapse versantur, licet hoc nomine nondum appellentur; quod tamen merito iis imponitur. In hac condicione inveniri possunt quidam ordines seu coetus « intellegentium » operi deditorum, praesertim cum labor eorum minus exquiritur propterea quod pluribus in dies aditus ad sedes scholasticas patet et eorum numerus iugiter augetur, qui diplomata sunt adepti ad munera, ingenii cultus propria, capessenda. Haec invita operis vacatio, qua homines doctrina exculti premuntur, contingit vel augescit, cum institutio, quae obtineri potest, non dirigitur ad certas officii vel ministerii formas, veris societatis necessitatibus postulatas, vel cum opus, ad quod faciendum erudito saltem ad artes exercendas praescripta requiritur, minus expetitur vel minus mercedis pro eo penditur quam pro quovis manuum labore. Liquet sane institutionem eruditionemque per se semper esse praestans bonum et magni momenti auctum et ornamentum personae humanae; nihilominus, praeter hoc, quaedam adhuc accidere possunt, quibus homines ad proletarios redigantur.

Quapropter *continenter est interrogandum de subiecto laboris* ac de condicionibus, in quibus transigat vitam. Ut iustitia socialis in variis orbis terrarum partibus, in variis Civitatibus, in mutuis inter eas rationibus ad effectum adducatur, *novi motus ad solidam necessitudinem* inter homines labori deditos et erga eos coniungendam sunt necessarii. Quae necessitudo semper praesentem se debet praebere, ubicumque propter abiectam dignitatem socialem subiecti laboris, propter perversum quaestum ex opificibus factum, propter increscentes

ambitus, in quibus homines miseria immo fame vexantur, ea flagitatur. Ecclesia circa hanc causam se maximo sentit teneri officio, cum eam suam esse arbitretur missionem, suum ministerium, probationem fidelitatis suae erga Christum, eo consilio ut revera sit « Ecclesia pauperum ». Pauperes autem multiplicem prae se speciem ferunt; variis in locis variisque temporis momentis comparent; saepe in conspectum veniunt quasi ii qui *detrimenta violatae dignitatis laboris humani perpetiuntur:* sive quia facultas laboris suscipiendi — propter coactam cessationem ab opere sane dolendam — coartatur, sive quia labor atque iura inde manantia, praesertim ius iustam mercedem percipiendi et securitatem ipsi opifici eiusque familiae tribuendi, minoris aestimantur.

9. Considerantes adhuc hominem ut subiectum laboris, oportet saltem compendiaría ratione quasdam attingamus quaestiones, quibus *dignitas laboris humani accuratius definiatur,* quoniam dant nobis ut peculiare bonum morale eius proprium subtilius describamus. Quod faciendum est, vocatione illa biblica prae mentis oculis habita, ex qua « terra subiciatur »[14] et in qua voluntas Creatoris est manifestata, ut opere homo capax fiat ad « dominium » illud consequendum, quod in mundo aspectabili eius est proprium.

Dei praecipuum et primitivum propositum circa hominem, quem « fecit ad imaginem et similitudinem suam »,[15] ne tum quidem est revocatum, cum homo, post foedus originale tractum, quod cum Deo inierat, haec verba audivit : « In sudore vultus tui vesceris pane ».[16] Quae dicta ad *virium contentionem interdum praegravem* referuntur, quae ex illo tempore labori humano adiungitur; sed nihil detrahunt de veritate, ex qua ipsum opus est via, qua homo *ad effectum adducat « do-*

[14] Cfr. *Q-n.* 1, 28.

[15] Cfr. *Gn. 1,* 26 s.

[16] *Gn.* 3, 19.

minium » sibimet peculiare in mundum visibilem, terram « subiciendo ». De qua virium contentione constat inter omnes, quia eam experiuntur universi. Id probe noverunt homines, qui opus manuum interdum in condicionibus reapse iniquissimis faciunt; noverunt non solum agrorum cultores, qui longa dierum spatia in colenda terra insumunt, quae quandoque « spinas ac tribuios » profert,[17] sed etiam metallarii et fossores in fodinis vel lapidicinis se exercentes, ferri aerisque opifices, furnis fusoriis addicti, ii qui in opificii aedificatorii sedibus vel in multiformi constructionum provincia ad vitae discrimen vel infirmitatis periculum crebro adducuntur. Noverunt pariter homines, qui studiis doctrinarum detinentur; noverunt ii qui naturales excolunt disciplinas; sciunt homines, in quos grave recidit onus deliberationes magni ponderis in re sociali suscipiendi; noverunt medici et infirmorum curatores, qui die noctuque aegrotis assident vigilantes; noverunt mulieres, quae, interdum a societate et ab ipsis familiaribus non, ut par est, agnitae, cotidianum portant onus et officio obstringuntur domum et educationem liberorum accurandi; *noverunt demum omnes, qui sustinent labores,* et, quoniam constat cunctos ad opus faciendum vocari, universi homines id habent compertum.

Tamen, etsi haec tanta virium contentio accidit — et fortasse quadamtenus propter eam — labor est hominis bonum. Quodsi huic proprium est et peculiare ut sit « bonum arduum », quemadmodum est apud S. Thomam,[18] hoc non impedit quin, ut talis, sit hominis bonum ; neque solum bonum « utile » vel « fruendum », sed bonum « dignum », id est dignitati hominis consentaneum, bonum dicimus, quo haec dignitas declaratur atque augetur. Si quis ergo significationem ethicam laboris accuratius velit describere, ad haec imprimis animum intendat oportet. Est autem labor hominis bonum — ac quidem bonum

[17] *Heb.* 6, 8; cfr. *Gn.* 3, 18.

[18] Cfr. *Summa Th.* I-II, q. 40, a. 1 c; I-II, q. 34, a. 2, ad 1.

humanitatis eius — quia per eum homo *non solum mutat naturam,* suis necessitatibus eam accommodans, sed etiam *se ipsum ut hominem perficit,* immo quodammodo « magis homo evadit ».

Hac dempta consideratione, significatio virtutis operositatis nequit intellegi, praesertim mente comprehendi non potest cur operositas sit virtus : re enim vera virtus ut habitus moralis est id quo homo, qua talis, bonus efficitur.[19] Hoc vero nequaquam sollicitudinem, qua merito angimur, aufert, eo pertinentem ne in labore, quo *materia nobilitatur,* homo ipse quoad dignitatem *vilior fiat.*[20] Notum est quidem laborem multipliciter contra hominem ipsum posse adhiberi, hunc posse puniri opere publico, ad quod damnatus in campo civibus segregandis coercetur, laborem verti posse in instrumentum, quo homo opprimatur, demum laborem humanum, id est hominem opus facientem, multimode posse quaestui haberi. Haec omnia suffragantur officio morali operositatem qua virtutem *cum ordine sociali laboris* coniungendi, quo fiat ut homo opus faciendo « magis homo » evadat, neque propter laborem abiciatur non solum corporis vires conferendo (quod saltem aliquatenus nequit vitari), sed etiam ac quidem potissimum dignitatem et indolem subiectivam, sibi proprias, minuendo.

10. Ratione personali laboris humani sic confirmata, progrediendum iam est ad alterum veluti *ambitum praestantium bonorum,* qui eidem rationi necessario adhaeret. Labor enim fundamentum est vitae familiaris constituendae, quippe quae sit ius naturale hominisque vocatio. Hi duo veluti ambitus bonorum — alter pertinens ad laborem, alter ex indole familiaris vitae consequens humanae — inter se recte oportet colligentur et congruenter sese pervadant. Labor est quodammodo condicio, qua possit familia condi, quia haec subsidiis ad vitam

[19] Cfr. *Summa Th.* I-II, q. 40, a. l c ; I-II, q. 34, ad 1.

[20] Cfr. Pii PP. XI Litt. Enc. *Cuadragésimo anno: AAS* 23 (1931), pp. 221-222.

necessariis indiget, quae homo, ut fieri assolet, sibi comparat opus faciendo. Labor et operositas etiam *totum cursum institutionis* in familia tradendae afficiunt ac quidem propterea quod unusquisque «homo evadit», missis aliis rebus, ope laboris; et hoc « hominem evadere » finem praecipuum declarat totius actionis ins ti tutoriae. Quemadmodum patet, utraque facies laboris hic quadam tenus intervenit: altera, quae ad victum familiaremque vitam sustentandam valet, altera, per quam ea efficiuntur, quae sunt familiae proposita, maxime educatio. Nihilominus ambae hae significationes laboris inter se iunguntur seseque variis in partibus complent.

Est universe memorandum et affirmandum familiam esse unum e maximi ponderis capitibus, ad quae ordo socialis-ethicus laboris humani referatur oporteat. Ecclesia suam tradens doctrinam in hoc problema semper peculiariter mentem intendit atque in hisce Litteris erit adhuc nobis eo redeundum. Re enim vera familia est simul *communitas, quae condi potest ope laboris,* simul pro unoquoque homine prima *schola laboris* domestica.

Tertius veluti ambitus praestantium bonorum, qui in hac considerandi ratione — quae subiectum respicit laboris — occurrit, ad magnam illam pertinet societatem, cuius homo est particeps vi peculiarium nexuum, quos ingenii cultura et historia effecerunt. Quae quidem societas — etiamsi ad maturam formam nationis nondum pervenerit — non solum est cuiusque hominis grandis educatrix, licet modo *indirecto* (quoniam unusquisque in familia eas res eaque bona assumit, in quibus universus cultus humanus alicuius nationis consistit), sed etiam praeclara ostensio, historica et socialis, laboris ab omnibus generationibus patrati. Unde consequitur ut homo intimam suam identitatem humanam coniungat cum vinculo, quo alicuius nationis est membrum, atque opus suum esse velit etiam incrementum boni communis, una cum popularibus suis perfi-

ciendi, et sic conscius fiat hoc modo laborem patrimonio totius familiae humanae, cunctorum hominum in terrarum orbe degentium amplificando inservire.

Hi tres ambitus *momentum suum pro labore humano* iugiter servant, quod attinet ad eius rationem subiectivam. Quae ratio, id est veritas, in re innixa, hominis operi addicti, potior est quam ratio obiectiva. In ratione enim subiectiva imprimis ad effectum adducitur illud in res naturae « dominium », ad quod exercendum homo ab ipsis initiis secundum verba libri Genesis vocatur. Quodsi actio ipsa « subiciendi terram », id est labor, rei technicae habita ratione, per hominum aetates ac maxime saeculorum proxime praeteritorum cursu, immenso incremento instrumentorum ad bona gignenda est conspicua et insignis, hoc est quiddam utile et positivum, dummodo ne ratio obiectiva laboris rationi subiectivae praevaleat, homini dignitatem eius et iura, quae nequeunt abalienari, auferendo vel minuendo.

III

11. Lineamenta primarii complexus quaestionum ad laborem spectantium, quemadmodum supra exposuimus, ut ad primos textus Sacrorum Bibliorum referuntur, ita quodammodo ipsam compagem et fulcimentum Ecclesiae doctrinae efficiunt, quae per labentia saecula, inter varias res, quas mens in historiae cursu experitur, est immutabilis. Verumtamen, experientiae ducta ratione, quae hausta est, antequam Litterae Encyclicae *Rerum Novarum* ederentur, et quae has est subsecuta, eadem doctrina peculiarem significationem et vim obtinet eloquentem, quae ad hanc aetatem quam maxime pertinet. In hac pervestigatione labor quasi quiddam *reale* atque permagnum apparet, primarium habens momentum ad mundum sensu humano conformandum, a Creatore homini traditum, estque quiddam *reale* arcte conexum cum homine et cum rationali eius operatione ut cum proprio suo subiecto. Haec veritas, in re innixa, in sueto

rerum cursu vitam implet humanam magnamque habet efficacitatem ad eius praestantiam et sensum. Labor, quamquam fatigationi viriumque contentioni sociatur, non tamen desinit esse quiddam bonum, ita ut homo proficiat amore, quo in laborem feratur. Haec *laboris humani* indoles, quae est plane positiva et *creatrix, institutoria et meritoria,* oportet veluti fundamentum efficiat aestimationum ac deliberationum, quae hodie de eo fiunt, etiam quod ad *iura subiectiva hominis* attinet, quemadmodum testantur *Declarationes* internationales atque etiam multiplices *Codices laboris,* compositi sive a singularum nationum coetibus, penes quos est ius legum ferendarum, sive a consociationibus, quae operam socialem seu doctrinalem-socialem, cui insistunt, complexui quaestionum, ad laborem pertinentium, impendunt. Hanc vero rem inter gentes promovet *Consilium Internationale Labori accurando,* veterrimum institutum, speciali deditum disciplinae, Unitarum Coetus Nationum.

In parte autem, quae sequetur, huius considerationis est nobis propositum hasce magni momenti quaestiones exponere distinctius, praecipua elementa doctrinae Ecclesiae de hoc argumento in memoriam revocando. Antea vero est consentaneum ut gravis ponderis complexionem problematum attingamus, inter quae doctrina illa paulatim est constituta in extremo temporis gradu, quo scilicet anno — res quodammodo vim symbolicam praeferens — Litterae Encyclicae *Rerum Novarum* sunt editae.

Notum est per totum exinde temporis spatium, quod nondum fine terminatur, quaestionem de labore propter asperam illam *dimicationem* esse positam, quae aetate, qua machinalis industria progrediebatur, et una cum hoc processu exarsit inter *ordinem opibus « capitalibus » locupletium et ordinem labori deditorum,* id est inter numero minores sed auctoritate plurimum valentes operariorum conductores, possessores vel deten tores

instrumentorum ad bona gignenda, atque frequentiorem multitudinem hominum hisce subsidiis carentium, qui tamen huiusmodi bonorum effectionem nonnisi labore suo participabant. Nimirum id certamen ex eo natum est quod opifices, operam suam pollicentes, vires suas conferebant in eum ordinem conductorum, qui, principio ducti quam maxima emolumenta capiendi, mercedem quam minimam pro labore ab opificibus peracto studebant statuere. Huc accedebant aliae rationes opera hominum ad suum quaestum abutendi, coniunctae cum defectu securitatis in labore perpetrando necnon cautionum circa statum valetudinis et vitae opificum et, quas habebant, familiarum.

Haec conflictatio, quam quidam existimaverunt esse conflictationem socialem-oeconomicam inter civium ordines seu *« classes »*, manifesto apparuit ut *dimicatio ideológica* inter liberalismum, quatenus hic ideologia *capitalismi,* qui dicitur, propria habetur, et marxismum, quatenus ideologia esse ducitur socialismi *scientifici* et communismi, qui partes sibi sumit interpretis seu nuntii ordinis operariorum, immo omnium proletariorum, qui sunt in orbe terrarum. Ita accidit ut vera illa conflictatio, quae inter opificum ordines et opum « capitalium » dominos ardebat, versa sit in dimicationem, secundum inita consilia susceptam, inter civium ordines seu « classes » ; quae luctatio rationibus et viis non solum ideologicis sed etiam, immo potissimum politicis, geritur. Nota est huiusce conflictionis memoria; notae sunt utriusque partis postulationes. Secundum marxiana placita et consilia, in philosophia Caroli Marx et Friderici Engels innixa, dimicatio inter civium ordines sola est via ad iniustitias, a « classe » appellatas, quae in societate inveniuntur, et ipsorum ordinum auferendas. Ut haec consilia ad effectum adducantur, ante necessaria est *inductio collectivae temperationis instrumentorum, quibus bona gignuntur,* ut labor humanus, hisce subsidiis a privatis ad communitatem translatis, a perverso quaestu, cui facile habetur, prohibeatur.

Eo dimicatio illa contendit, quae rationibus et viis non solum ideologicis fit sed etiam politicis. Homines conglobata qui ut factiones politicae placitis marxianis reguntur, *arbitrium potestatis in singulis societatibus* sibi sumere nituntur, idque vi principii dictaturae proletariorum et multimode, seditiosis turbis non exceptis, animos impeliendo; id autem agunt ea mente ut in illas societates collectivam rerum dispensationem, possessione privata instrumentorum ad bona gignenda aptorum ablata, inducant. Secundum praecipuos ideólogos et principes permagni huius motus internationalis, consilia haec disposite agendi eo pertinent ut conversio rei socialis et commutatio perficiatur atque in toto terrarum orbe socialismus ac denique disciplina communistarum instituantur.

Hanc dum attingimus summi ponderis complexionem problematum, quae non sunt solum cogitabilia seu theoretica, sed vere quaedam quasi textura vitae socialis-oeconomicae, politicae et internationalis aetatis nostrae, fieri non potest *neque oportet ut res singulatim exponantur,* cum sint pernotae sive e multis scriptis, quae circumferuntur, sive ex experientia et usu. Verumtamen ex toto illorum ambitu ascendendum est ad primariam quaestionem de labore humano, ad quam consideratio nostra, quae hisce Litteris continetur, spectat potissimum. Liquet praeterea hanc gravissimam quaestionem, quatenus ex parte hominis iudicatur — quae quidem quaestio est una e praecipuis rationibus vitae eius terrenae eiusque vocationis — non aliter posse explanari nisi respectu habito omnium rerum, quibus aetas nostra reapse contexitur.

12. Si hic temporis nostri status, ut est reapse, aspicitur, in cuius veluti compage tot conflictationes, ab homine excitatae, reperiuntur et instrumenta technica — fructus laboris humani — praecipuas obtinent partes (monendum est hic etiam de timore cladis universalis, si forte bellum atomicum confletur vim delendi habens, quae mente fingi nullatenus potest),

imprimis oportet principium in memoriam revocetur, quod Ecclesia iugiter docuit. Quod quidem in eo est positum ut *labori priores partes deferantur quam opibus « capitalibus* » ; quod quidem principium ad cursum bona pariendi proxime pertinet, cuius si ratio habetur, labor semper est primaria *causa efficiens,* cum opes « capitales », quae sunt summa subsidiorum ad bona parienda, solummodo *instrumentum* sint seu causa instrumentalis. Hoc principium profecto est veritas perspicua, ex tota hominis experientia historica fruens.

Cum primum caput Sacrorum Bibliorum legentes docemur homini terram esse subiciendam, novimus sane ea verba ad omnes copias referri, quas mundus aspectabilis complexu suo coercet et continet ut praesto sint homini. Attamen hae copiae *ei nequeunt inservir e nisi per laborem.* Cum hoc vero labore ab ipsis initiis quaestio de possessione conectitur: etenim, ut sibi aliisque copiae in natura absconditae serviant, homo alio non valet uti praesidio quam opere suo. Ut vero hae opes fructum ferant suo labore, homo parvis partibus multiformium naturae divitiarum potitur: soli subiacentis, maris, terrae, aerii spatii. Haec omnia sua facit, sedem ibidem collocans sui laboris. Sua vero ea facit per laborem et ad aliud opus faciendum.

Idem principium in subsequentes gradus huius rerum cursus applicatur, in quo primus gradus semper est illa ratio inter hominem et copias ac *divitias naturae.* Totus ille nisus eo cognitione contendens ut hi thesauri detegantur, ut variae facultates iis utendi ex parte hominis et pro homine definiantur, nos conscios reddit cuncta, quae in universa opera oeconomica bonorum gignendorum ab homine proficiscantur, id est sive laborem sive universitatem instrumentorum ad bona parienda necnon artem technicam cum iis coniunctam (videlicet potestatem his subsidiis in labore utendi), has divitias et opes mundi aspectabilis antea requirere; quas quidem homo in-

venit, non creat. Eas quodammodo invenit iam paratas et expeditas ut abs se cognoscendo reperiantur et in cursu effectionis bonorum recte adhibeantur. In omni gradu progredientis laboris homini donatio primaria occurrit, quam praestat natura et, ad summam, ipse Creator. Etenim in initio laboris humani mysterium creationis continetur. Haec affirmatio, quae ut origo et caput disserendi est posita, per totas hasce Litteras, moderatricis instar, manat et in extrema parte huius considerationis fusius exponetur.

Ordine procedens contemplatio eiusdem huius quaestionis nos oportet confirmet ad certam amplectendam sententiam, ex qua *labor humanus priores obtinet partes respectu opum « capitalium* », ut temporum decursu appellari consueverant. Quodsi hac ipsa notione non tantum copiae naturae homini paratae comprehenduntur, sed etiam summa instrumentorum, per quae homo iisdem copiis naturae potitur, quas secundum necessitates suas demutat (et sic eas, ut ita dicamus, « humanitate induit »), hic iam asseverandum est *universitatem illam instmmentorum fructum esse illius veluti patrimonii historici laboris humani.* Omnia enim subsidia ad bona gignenda, initio sumpto ab instrumentis maxime rudibus et sermone ducto ad recentissima, homo paulatim elaboravit, id est hominis experientia atque ingenium. Ita profecto orta sunt non solum simplicissima instrumenta, quae terrae colendae inserviunt, sed etiam — scientia et arte technica congruenti ratione progredientibus — instrumenta recentissima et implicatissima : machinae, ergasteria, peculiaris artis officinae seu *laboratoria,* instrumenta computatoria. Itaque, *quidquid prodest labori,* totum eius instrumentum — ut hodiernus fert status artis technicae — *est fructus laboris.*

Hoc immane et praevalidum instrumentum — id est universitas subsidiorum ad bona parienda, quae quodammodo idem esse putantur atque opes « capitales » — originem duxit a labore atque signa praefert laboris humani. Quoniam hac aetate artes

technicae immensum sunt progressae, homo, qui est subiectum laboris, volens hac tanta copia uti recentissimorum instrumentorum seu subsidiorum ad bona gignenda, necesse est cognitione arripiat fructum laboris hominum, qui ea instrumenta invenere, qui ea scite dispositeque sunt fabricati, perfecerunt idque agere pergunt. Facultas operis faciendi, id est efficax participatio hodierni cursus bona gignendi, praeparationem postulat in dies ampliorem et imprimis institutionem consentaneam. Quemadmodum par est, unusquisque homo, qui cursum illum effectionis bonorum participat — licet genus operis exsequatur, ad quod peculiaris eruditio et peritia specialis non requiruntur — semper tamen in hoc cursu bona gignendi ipse est verum subiectum efficiens, cum universitas subsidiorum, quamvis sint per se perfectissima, solum et sine exceptione sint instrumenta labori hominis subiecta.

Haec veritas, quae firmo thesauro doctrinae Ecclesiae continetur, est semper in lumine ponenda, cum de quaestione rationis operis faciendi ac de universo systemate sociali-oeconomico agitur. Primae partes homini in effectione bonorum tribuendae, primatus hominis respectu rerum oportet illustrentur et extollantur. Ea omnia, quae notione opum « capitalium » comprehenduntur — si haec verba valere angustius volumus — tantummodo sunt congeries rerum. Homo, prout est subiectum laboris, et nulla ratione habita operis, quod facit, solus est persona. Consecutiones, quas haec veritas affert, magni sunt momenti et vim habent decretoriam.

13. Imprimis, hac veritate menti obversante, facile intellegitur opes « capitales » non seiungi posse a labore, neque ullo modo laborem obici contra opes « capitales », neque has contra laborem; nedum — ut infra dicetur — homines certos ac definitos, qui hisce notionibus indicentur, liceat opponi alios aliis. Rectum, id est ipsi naturae quaestionis consentaneum, rectum, dicimus, id est intrinsecus verum simulque secundum mora-

lem doctrinam legitimum tantum illud esse potest systema operis faciendi, quod *antinomiam inter laborem opesque «capitales »* in ipsis radicibus suis *evincat,* eo contendens, ut fingatur secundum principium supra expositum, ex quo labori partes priores eaeque essentiales et solidae sunt deferendae, ex quo indoles subiectiva labori inest humano, ex quo totum cursum bonorum gignendorum is efficienter participet, nulla habita ratione naturae operarum ab opificibus praestitarum.

Antinomia inter laborem et opes « capitales » originem non ducit ex illa veluti structura ipsius bonorum effectionis neque e structura cursus rerum oeconomicarum, si spectes res omnes. Hic enim cursus universe ostendit laborem et opes « capitales », quas appellare consuevimus, se invicem pervadere, atque indissolubile vinculum eorum demonstrat. Homo, in quavis operis faciendi sede, etsi satis rudis est vel ad recentissima exempla composita, se exercens, facile intellegit sese *labore suo in duplicem veluti thesaurum* insinuare, hoc est in thesaurum rerum, quae omnibus hominibus ex copiis naturae praebentur, et in thesaurum eorum, quae alii iam antea elaborando effecerunt, hisce copiis usi, imprimis artem technicam promovendo, id est summam instrumentorum, in dies perfectiorum, labori accommodatam comparando : homo ergo opus faciendo simul « in laborem aliorum introit ».[21] Huiusmodi velut imaginem provinciae et cursus laboris humani sine difficultate amplectimur, ducente nos sive intellectu sive fide, quae lucem a Dei accipit verbo. Quae quidem imago est cohaerens, theologica simul et *humanistica.* Secundum hanc homo est « dominus » creaturarum, quae ei praesto sunt in mundo visibili. Quodsi in cursu operis faciendi subiectio aliqua detegitur, haec ad Datorem omnium copiarum creaturae refertur, estque simul subiectio, ex qua quis aliis hominibus est obnoxius, iis videlicet, per quorum laborem et incepta facultates, ad perfectionem iam adductas et

[21] Cfr. *Io.* -4, 38.

amplificatas, laboris nostri sumus assecuti. Quod attinet ad ea omnia, quae in bonis gignendis summam « rerum » efficiunt, id est instrumentorum et opum « capitalium », affirmare tantum valemus eam laborem hominis *afficere* seu veluti condicionibus astringere, non tamen nobis licet asseverare eadem esse quasi « subiectum » sine nomine, *quod suo veluti imperio* hominem eiusque *subdat* laborem.

Dissipatio huius *cohaerentis imaginis,* in qua principium, ex quo primatus personae prae rebus tribuitur, diligenter servatur, in hominis mente est peracta, interdum post diuturnum temporis spatium, quo in vitae usu et consuetudine huius rei delituerant semina. Quae dissipatio sic est perpetrata ut labor ab opibus « capitalibus » seiungeretur hisque opponeretur, opes vero <(capitales » contra laborem obicerentur, quasi duae vires sine auctore, duae res electrices bonorum in eodem collocatae *prospectu « oeconomistico »*. In quaestione ita ponenda primarius inerat error, qui *error oeconomismi* potest appellari, si labor tantummodo secundum finem suum oeconomicum consideretur. Potest etiam, immo debet hic error primarius in cogitando vocari *error materialismi,* quatenus oeconomismus directo vel oblique sententiam complectitur, ex qua primatus prioresque partes iis quae sunt materialia, deferuntur, cum ea quae spiritualia sunt et personalia (id est operatio hominis, bona moralia hisque similia), directo vel oblique in gradu ponantur, qui ad res materiales, ut reapse sunt, dirigatur. Hic non est quidem *materialismus theoreticus* secundum propriam plenamque verbi significationem, sed est sine ulla dubitatione *materialismus practicus,* qui minus vi sententiarum praemissarum, quae a theoria materialismi manant, quam vi certi cuiusdam modi aestimandi ideoque alicuius ordinis bonorum, prout res materiales magis alliciunt, necessitatibus hominis satisfacere posse putatur.

Error in eo positus ut secundum categorias oeconomismi cogitetur, concordi veluti gradu cum ortu philosophiae materia-

listarum invaluit et cum eius progressione ab ipsis initiis eiusdem simplicibus et communibus (quae etiam materialismus vulgaris appellantur, quia sibi sumit veritatem supernaturalem, ut est re, ad quiddam supervacaneum redigere) ad materialismi dialectici, qui dicitur, aetatem. Verumtamen — intra fines huius nostrae considerationis — oeconomismus *vim habuisse videtur decretoriam atque momentum* ad hoc problema ponendum modo *non-humanistico* ante placita philosophica materialistarum ; idque propter primariam quaestionem laboris humani et, peculiari ratione, propter illam seiunctionem illumque oppositum, quae inter laborem sunt et opes « capitales », quasi inter duas res effectrices bonorum, eodem in prospectu, de quo supra, consideratas. Nihilominus patet materialismum, licet forma dialectica indutum, menti de labore humano cogitanti non praebere posse fundamenta sufficientia et certa ut primatus hominis, instrumentis-opibus « capitalibus » praevalens, praestantia personae prae rebus in eo inveniant, quo consentanee et modo non refutabili *recognoscantur* et fulciantur. Etiam secundum materialismum dialecticum homo non est imprimis subiectum laboris et causa efficiens cursus bona gignendi, sed intellegitur et tractatur quasi pendens ex eo quod est materiale, quasi quiddam manans e rationibus oeconomicis efiectionis bonorum in quodam temporis spatio praeponderantibus.

Quemadmodum liquet, antinomia inter laborem et opes « capitales », quam hic expendimus — *antinomiam* dicimus, secundum quam *labor dissociatus est ab opibus « capitalibus » hisque oppositus,* sensu quidem *ontico* seu secundum id quod est, quasi quodlibet sit elementum cursus rerum oeconomicarum — originem duxit non solum a placitis philosophiae et a doctrinis theoreticis-oeconomicis, quae saeculo xvm viguerunt, sed multo magis ab universo usu oeconomico-sociali illius aetatis, quae quaestuosa industria invalescente fuit insignis. Haec enim tum oriebatur et praepropere progrediebatur, in qua imprimis fa-

cultas cernebatur divitias materiales, id est instrumenta, admodum augendi, sed neglegebatur finis, id est homo, cui ea subsidia debent deservire. Hic ipse *error* indolis practicae imprimis laborem humanum affeeit, *affecti hominem operi deditum,* atque causa fuit renisus socialis, iusti quidem secundum ethicam disciplinam, de quo sumus locuti. Idem error, qui iam certa quadam quasi veste historica indutus, ad aetatem pertinet *capitalismi* et *liberalismi* primitivorum, in aliis temporum locorumque adiunctis iterum potest admitti, si quis in ratiocinatione ab iisdem sententiis praemissis, sive theoreticis sive practicis, proficiscatur. Non videtur esse alius modus hunc errorem penitus evincendi, nisi congruentes mutationes inducantur, in regione sive theoretica sive practica; quae quidem mutationes *eo dirigantur oportet* ut primatus personae rebus antecellens, laboris hominis respectu opum « capitalium », quae sunt summa subsidiorum ad bona gignenda, omnino agnoscatur.

14. Historica rerum progressio, breviter hic exposita, quae suis iam ex initiis certe excessit sed quae vigere pergit immo et sese propagare in necessitudinis rationibus inter Civitates continentesque, subtiliorem poscit definitionem alia quadam ex parte. Patet enim, quotiens sermo de antinomia sit inter laborem et opes « capitales », non solas notiones agi a re abstractas, neque « vires sine nomine » in oeconomica rerum electione operantes. Nam ultra notionem utramque homines reperiuntur vivi et solidi: hinc videlicet qui opus faciunt nec tamen domini sunt instrumentorum ad bona gignenda; illinc qui munere funguntur conductorum operum suntque possessores horum instrumentorum vel qui possessorum gerunt personam. Sic igitur in difficilis huius progressionis historicae complexionem inde a principio *inseritur dominii quaestio.* Encyclicae Litterae *Rerum Novarum,* quarum socialis quaestio est argumentum, hanc pariter difficultatem in lumine posuerunt, cum

Ecclesiae doctrinam memorarent confirmarentque de dominio atque privati ipsius dominii iure, haud exceptis electionis bonorum instrumentis. Idem etiam est in Litteris factum, quibus titulus *Mater et Magistra.*

Principium autem supra dictum illud, sicut et tunc ab Ecclesia est inculcatum et nunc quoque docetur, *dissidet* radicitus a consiliis *collectivae rerum dispensationis* propriis (seu *collectivismi),* prout a marxianae fautoribus doctrinae pronuntiata est pluribusque in mundi nationibus ad effectum adducta illis decenniis, tempus Litterarum Encyclicarum Leonis XIII subsecutis. Verum simul etiam discrepat a consiliis *capitalismi,* quemadmodum is revera exercetur in consuetudine liberalismi necnon in rei politicae tractandae formis inde manantibus. Hoc altero in casu discrimen in eo consistit quod aliter ius possessionis ipsum intellegitur. Numquam traditio christiana ius illud affirmavit veluti absolutum et inviolabile. Contra vero id accepit semper latiore in ambitu communis omnium iuris ad bona totius creationis adhibenda : videlicet *ius privati dominii, quatenus iuri usus communis* destinationique bonorum universali subicitur.

Praeterea possessio numquam secundum Ecclesiae praecepta ita est intellecta ut causam inferre secum posset socialis contentionis in opere ipso faciendo. Sicut iam est prius hisce in paginis monitum, comparatur possessio ante omnia per laborem ut serviat labori. Respicitur hic particulatim dominium instrumentorum ad bona parienda. Si autem ea seiunctim considerantur tamquam universitas possessionum circumscripta, quae, formam praeferens opum « capitalium, opponatur labori, vel etiam ut opus quaestui habeatur, hoc adversatur naturae ipsi horum instrumentorum eorumque possessioni. Etenim non possunt illa *possideri contra opus;* nec possunt quidem *possideri ut possideantur,* quoniam una ratio legitima eorum possessionis — tum sub forma privati dominii tum sub

possessionis publicae vel collectivae figura — ea *est ut labori deserviant.* Ideoque, dum operi proficiunt, efficere debent ut primum huius ordinis principium compleatur, quod est universalis destinatio bonorum iusque communis usus eorum. Ex hac igitur iudicandi ratione, nempe in consideratione operis humani communisque accessus ad bona hominibus destinata, non excludenda est, opportunis servatis condicionibus, socialis illa in commune collatio instrumentorum ad bona gignenda. Hoc decenniorum intervallo, quod ab editis Encyclicis Litteris *Rerum Novarum* est exactum, Ecclesiae Magisterium semper haec principia meminit, repetendis etiam rationibus antiquae iam traditionis propriis, verbi gratia notis argumentis, quae in *Summa Theologiae* sancti Thomae Aquinatis continentur.[22]

Hoc in documento, praecipuum cuius argumentum est labor humanus, decet omne illud studium confirmari, quo Ecclesiae doctrina de possessione enisa est semperque enititur ut operis primatus in tuto collocetur et idcirco etiam *subiectiva* hominis *indoles* in ipsa vita sociali ac potissimum in dynamica veluti *compage universi cursus rerum oeconomicarum.* Hac enim ex parte respuenda esse pergit sententia *capitalismi rigidi,* ut aiunt, unde ius unicum defenditur privati dominii in effectionis bonorum instrumenta tamquam vitae oeconomicae inviolabile « dogma ». Principium, ex quo reverentia est praestanda labori humano, postulat ut hoc ius frugifere recognoscatur tum in principiis ipsis tum in usu rerum. Si enim verum est opes « capitales » uti summam instrumentorum ad bona gignenda eodem tempore fructum esse operis plurium generationum, verum etiam est illas sine intermissione augeri propter laborem expletum auxilio eiusdem summae instrumentorum effectionis bonorum, quae videntur tamquam magna operis sedes, ubi singulis diebus hodierna opificum familia laborat. Agitur hic

[22] Circa ius proprietatis: cfr. *Summa Th.* II-II, q. 66, aa. 2, 6; *De Regimine principum,* 1. 1, cc. 15, 17. Quoad munus sociale proprietatis: cfr. *Summa Th.* II-II, q. 134, a. 1, ad 3.

manifesto variis de generibus laboris, non tantum de labore manuum, qui dicitur, sed de intellectus quoque multiplici opere, sermone ducto a labore scribarum ad actionem moderatorum.

Hoc itaque pacto significationem permagni ponderis induunt complura consilia, quae periti socialis doctrinae catholicae necnon supremi Magisterii Ecclesiae[23] detulerunt. Ea quidem consilia respiciunt *compossessionem operis instrumentorum,* operariorum nempe participationem moderationis lucrive in sedibus bonis gignendis, socios pecuniarios operis ac similia. Quocumque modo concreto varia haec adhibentur consilia, constat nihilo minus evidenter ipsam agnitionem meriti loci laboris et hominis huic dediti in cursu bona gignendi flagitare varias accommodationes intra ambitum eiusdem iuris possidendi instrumenta bonorum effectionis et quidem inspectis non tantum vetustioribus condicionibus sed ante omnia veritate rerum ac difficultate, quae altera huius saeculi parte coorta est in *Mundo Tertio, ut appellant,* multisque novis sui iuris nationibus, quae praesertim etsi non solum in Africa emerserunt pro superioris temporis coloniis.

Si igitur sententiam oporteat *capitalismi rigidi* perpetuo recognosci ut, ratione habita iurium hominis, latissimo sensu intellectorum et coniunctorum cum eiusdem hominis opere, emendetur, itidem propterea est affirmandum multiplices has ac tantopere optatas reformationes non posse ad effectum adduci per abolitionem, ex antecapto iudicio factam, possessionis privatae instrumentorum ad bona gignenda. Nam necesse animadverti est solam amotionem illorum effectionis bonorum instrumentorum (opum « capitalium ») a dominis ipsorum privatis haud sufficere ut in commune collatio eorum debito modo eveniat. Etenim cessant iam ad certum quendam hominum numerum pertinere, id est ad dominos privatos, ut possessio fiant constitutae societatis, dum administrationi subiacent gubernationique proximae alte-

[23] Cfr. Pii PP. XI Litt. Enc. *Cuadragésimo anno: AAS* 23 (1931), p. 199; Conc. Oec. Vat. II, Const. past. *Gaudium et Spes* de Ecclesia in mundo huius temporis, 68: *AAS* 58 (1966), pp. 1089 s.

rius hominum manipuli, eorum videlicet, qui, etsi dominium iis deest, sed in societate ipsa imperium adest, *utuntur* illo imperio ad regendam omnem nationis oeconomiam vel loci alicuius.

Hic porro coetus moderatorum auctorumque potest consentanea ratione propria exsequi munera, ad laboris primatum quod attinet; atqui potest illa perperam quoque procurare, si sibi eodem tempore vindicat *unam auctoritatem administrandi* instrumenta bonorum electionis iisque utendi, neque abstinet se offensione quidem primariorum hominis iurium. Sic profecto sola translatio instrumentorum effectionis bonorum ad possessionem Civitatis secundum *collectivismi* placitum nequaquam respondet collationi in commune illius dominii. Loqui enim de eiusmodi collatione in commune tum solum licebit, cum subiectiva societatis condicio praestita erit, id est cum unusquisque suo pro opere proprio habere se simul iure pleno poterit compossessorem ingentis illius quasi sedis operis faciendi, in qua una ipse cum ceteris élaborât. Gressus ideo hunc ad finem potest fieri si, quantum sane conceditur, opus copulatur cum dominio opum ((capitalium » et si plurima gignuntur multiformia quasi corpora media, quae proposita persequuntur oeconomica, socialia, *culturalia:* talia insuper corpora, quae statu fruantur sui revera iuris respectu publicarum potestatum, quae proprios fines suos attingere studeant inter se consociata per fidelem mutuam adiutricem operam et secundum boni communis necessitates, quae tandem prae se ferant vivae communitatis formam substantiamque, ut corporum scilicet ipsorum membra singula considerentur ac tractentur uti homines et incitentur ad partes actuosas in illorum vita agendas.[24]

15. *Principium ergo, ex quo priores partes labori prae opibus <(capitalibus* » sunt deferendae, est postulatum ad ordinem pertinens rei moralis socialis. Quod quidem postulatum suum obti-

[24] Cfr. Ioannis PP. XXIII Litt. Enc. *Mater et Magistra: AAS* 53 (1961), p. 419.

net momentum, cardinis instar, tam in systemate, quod in principio dominii privati instrumentorum ad bona gignenda innititur, quam in systemate, in quo privata possessio eiusmodi subsidiorum iam est vel funditus circumscripta. Certo quodam modo labor seiungi non potest ab opibus « capitalibus » ; attamen nullo pacto illam permittit antinomiam, id est separationem et oppositionem, quod attinet ad instrumenta effectionis bonorum; quae res hominum vitam recentioribus hisce saeculis gravavit uti consectarium propositionum praemissarum tantum oeconomicarum. Homo enim, cum operatur, summa illa usus instrumentorum ad bona gignenda, cupit simul ut huius laboris fructus sibi aliisque prosint et ut, in cursu operis faciendi, ipse particeps exsistat onerum munerumque et socius rerum auctor in sede laboris, ubi se exercet.

Quaedam vero hinc enascuntur certa operariorum iura, quae operis faciendi congruunt officio; de quibus sermo fiet deinceps. At hic iam in universum praedicari oportet hominem operantem merito quidem exoptare non solum aequam laboris sui mercedem, sed etiam ut in ipso effectionis bonorum cursu aestimetur fieri posse ut, operando quidem in dominio quodam communi, conscius sibi eodem tempore sit « *in re propria* » se laborare. Exstinguitur autem haec in eo conscientia ob nimiam moderationem grapheocraticam, omnia in unum conferentem, in qua opifex potius sibi videtur particula esse maximi cuiusdam machinamenti altiore potentia moti, immo potius — et pluribus quidem de causis — nudum effectionis bonorum utensile quam verum laboris subiectum, proprio suo interiore impetu praeditum. Ecclesiae doctrina firmam illam alteque animo insidentem opinionem expressit semper opus humanum spectare non tantum oeconomicam rem sed secum etiam et imprimis inferre bona cuiusque personae humanae. Constitutio oeconomica ipsa atque via rerum effectionis utilitatem percipiunt, cum videlicet eadem bona cuiusque hominis plane observantur. Secundum sancti Tho-

mae Aquinatis mentem[25] haec ipsa ratio potissimum favet privato dominio instrumentorum rerum effectionis. Tametsi fatemur ob certas gravesque causas aliquid excipi posse privati dominii principio — quin etiam ipsi nos hisce temporibus testamur in vitam inductam esse rationem possessionum in unum collatarum — argumentum tamen « ex persona » ductum seu *personalisticum,* ut aiunt, *suam non amittit vim* neque in provincia principiorum neque in *usu rerum.* Ut enim rationabilis sit ac frugifera, omnis in commune collatio instrumentorum effectionis bonorum oportet huius argumenti habeat rationem. Omnia nempe suscipienda sunt ut homo etiam in eiusmodi systemate semper conscius sibi permaneat se « in re propria » operari. Quod nisi accidit, necessario totum in cursum rerum oeconomicarum damna importantur, quae nequeunt aeque aestimari, nec oeconomica dumtaxat verum ante omnia in hominem ipsum.

IV

16. Labor, si — multiplicem secundum huius vocis sensum — officium est sive obligatio, simul fons quoque iurium est ipsius *opificis.* Haec autem *iura* sunt intra ipsam *summam totam hominis iurium* investiganda, quae natura ei sunt consentanea quorumque multa iam praedicata variis in nationum omnium coetibus sunt atque a singulis Civitatibus usque amplius propriis civibus praestantur. Observantia vero huius amplae iurium humanorum summae primariam efficit condicionem pacis in mundo huius temporis : pacis, inquimus, tum singulas intra nationes et societates tum in rationibus inter nationes intercedentibus, haud secus ac monitum crebrius est per Ecclesiae Magisterium, praesertim ex quo Litterae Encyclicae *Pacem in terris* sunt editae. *Iura* enim humana *ex labore profecta* ingrediuntur ipsum latiorem ambitum eorundem iurium personae principalium.

[25] Cfr. *Summa Th.* II-II, q. 66, a. 2.

Attamen in hac rerum complexione habent ea peculiarem indolem, quae naturae laboris humani propriae respondent, iam supra definitae ; ac proinde secundum hanc ipsam naturam oportet illa considerari. Uti dictum est, opus *officium* est, scilicet *hominis obligatio* pro multiplici huius nominis significatione. Opus homo facere debet nunc quia id ei a Creatore est praeceptum, nunc propter ipsam suam humanitatem, cuius sustentatio et progressio postulant laborem. Operetur homo necesse est pro homine suo proximo, nominatim pro familia propria, sed etiam pro societate, ad quam pertinet, pro natione, cuius filius est aut filia, pro universa hominum familia, cuius est membrum, cum heres simul sit operis priorum generationum eodemque tempore socius artifex futurae eorum sortis, qui post eum sunt orituri cursu rerum humanarum progrediente. Quae quidem omnia moralem obligationem operis constituunt, latissime patente eius intellectu. Cum ideo oportebit moralia cuiusque hominis iura ponderari, ad opus quod attinet, respondentia nempe eidem illi obligationi, semper prae mentis oculis habendus ille vastus ambitus erit rationum rerumque, in quibus labor monstratur cuiusque hominis operantis.

Etenim loquentes nos de operis obligatione de iuribusque opinéis, huic officio congruentibus, cogitamus imprimis necessitudinem inter *conductorem operis directum aut indirectum* et *ipsum operarium.*

Discrimen autem inter directum atque indirectum operis conductorem magni admodum est momenti, sive respicitur vera compositio operis sive iudicatur fieri posse ut aequae iniquaeve rationes instituantur in operis regione.

Si *conductor operis directus* ille intellegitur esse homo vel institutum, quocum opifex recta via paciscitur operis contractum certis sub condicionibus, nomine *indirecti operis conductoris* intelleguntur plura alia distincta elementa, praeter directum conductorem, quae certam vim habent ad modum, quo sive con-

tractus operis componitur sive rationes plus minusve iustae instauran tur, quae in regione laboris humani intercedunt.

17. Ingrediuntur *indirecti* conductoris operis notionem tum homines tum varii generis institutiones tum collectivae de opere faciendo pactiones necnon agendi principia ab illis hominibus institutionibusque statuta, quae totum *systema* sociale-oeconomicum definiunt vel fluunt ab eo. Notio ergo *indirecti* conductoris operis ad multa refertur et varia elementa. *Indirecti* operis conductoris onus et munus aliud est ac *directi* operis conductoris, sicut ipsum indicat verbum : onus enim et munus minus est *directum,* tamen verum restat officium : *indirectus* quidem operis conductor maximam partem statuit hanc vel illam faciem rationis ipsius operis faciendi eoque pacto agendi modum *directi* conductoris operis afficit. Talis vero notatio non illuc sane spectat ut is onere et munere sibi proprio eximatur, sed tantum ut animus convertatur ad implicatum causarum complexum, quae eius moderantur modos agendi. Cum igitur interest *politicam normam operis ethica ratione aequam* constitui, prae mentis oculis hae omnes causae condicionesque habeantur oportet. Aequa autem ipsa est, cum plene observantur obiectiva iura hominis operi addicti.

Porro *indirecti* operis conductoris notio ad quamque societatem adhiberi potest atque imprimis ad Civitatem. Etenim huius ipsius est iusta statuere consilia de labore. Constat tamen, hodierno in complexu rationum oeconomicarum per orbem terrarum, exsistere *inter Civitates* singulas complura *vincula,* quae, puta, declarentur eo quod merces importantur exportantur, id est reciproca bonorum oeconomicorum permutatione, sive sunt ea materiae primae, sive aliquatenus elaborata, sive tandem res machinali industria perfectae. Hae vero rationes pariunt mutuas obnoxietates ; quapropter de quavis Civitate, quoad oeconomiam etiam valentissima, difficulter dici potest eam plena frui rerum suarum sufficientia seu *autarkia,* quam vocant.

Tale quidem systema mutuarum obnoxietatum ex se est usitatum et solitum; attamen facile occasio fieri potest variarum formarum iniqui quaestus vel iniustitiae ac proinde momentum habere potest ad publica de labore consilia singularum Civitatum et postremo ad quemque operarium, qui est subiectum proprium operis. Verbi gratia *nationes quaestuosa industria provectissimae,* immo et magis domus et societates bonis gignendis, quae latissime moderantur instrumenta ad res machinali industria pariendos (quae *multinationales* seu *transnationales* solent appellari) imponunt quam maxima rerum pretia pro merce sua, simul efficere conantes ut quam minimis pretiis materiae primae vel res partim elaboratae coemantur. Id autem, missis aliis causis, facit vicissim ut iugiter increscat inaequalitas inter reditus nationales Civitatum, ad quas res pertinet. Inter plures numero regiones divites ac pauperes non decrescit distantia neque aequatur, sed usque magis augescit manifesto cum indigentium intertrimento. Illud tamen, ut liquet, afficit consilia de labore cuiusque loci condicionemque hominis in opere versantis apud societates oeconomica ratione inferiores. *Directus* operis conductor cum similibus afficitur negotiorum adiunctis, statuit condiciones operis infra veras operariorum necessitates, praesertim si concupiscit ipse lucra quam uberrima derivare e sede bonis gignendis a se administrata (vel etiam ex eiusmodi sedibus a se administratis, si de statu rerum agitur, ubi possessiones instrumentorum effectionis bonorum sunt in commune collatae).

Haec ipsa ordinatio obnoxietatum, quod attinet ad *indirectum* operis conductorem, summe extensa est quidem et implicata, ut facile potest concludi. Ut ideo subtilius circumscribatur, aestimanda quodammodo est *summa* elementorum in vita oeconomica decretoriorum secundum *figuram certae cuiusdam societatis et Civitatis;* eodem tamen tempore habenda ratio est copulationum et obnoxietatum multo ampliorum. Exsecutio iurium hominis labori addicti destinari tamen non potest ad effi-

ciendum dumtaxat aliquod consectarium systematum oeconomicorum, quae maiore minoreve modo potissimum regula maximi emolumenti ducantur. Observantia, contra, ipsa obiectivorum iurium hominis labori dediti — qualiscumque is est sive manibus operatur sive mente, machinali industriae sive agris colendis dat operam vel similibus — efficere debet *consentaneum ac praecipuum criterium* universae constituendae oeconomiae tum intra compagem cuiusque societatis Civitatisque tum intra totum ambitum rei politicae oeconomicae orbis terrarum ac rationum necessitudinumque inter nationes inde profluentium.

In hanc videlicet partem oportet *Instituta Internationalia* ad id destinata suam exerceant auctoritatem; imprimis vero Unitarum Nationum Consilium *(ONU,, UNO).* Videntur praeterea Consociatio Internationalis Labori accurando *(OIT, ILO),* et Institutum Nationum Unitarum pro Alimentis et Agrorum cultura *(FA O)* aliaque etiam posse praesertim huc nova quaedam afferre. Infra fines autem Civitatum singularum ministeria inveniuntur vel *potestatis dicasteria publicae* tum similiter varia *Instituta socialia* huius rei gratia excitata. Quod omne efficaciter comprobat quantum pondus — ut supra est dictum — prae se *indirectus* operis conductor ferat ad plene exsequenda iura hominis labori addicti, quandoquidem personae humanae iura primarium continent elementum ac veluti cardinem totius socialis ordinis moralis.

18. Iuribus sic inspectis hominum labori deditorum, hunc quod attinet ad « *indirectum* operis conductorem » — nempe ad universos huius rei curatores cum apud nationes tum in ambitu internationali, qui quidem auctores sunt totius inclinationis publicorum consiliorum de labore — animus cum primis advertendus est ad aliquam *principalem quaestionem.* Agitur enim de quaestione operis adipiscendi, aliis scilicet verbis de quaestione alicuius *operis omnibus hominibus apti, qui ipsius sunt capaces.* Contraria pars iustae et aequae rerum condicionis hac

in provincia est coacta vacuitas laboris, id est penuria locorum operis faciendi pro hominibus, qui illud suscipere valent. De operis penuria agitur aut in universum aut in certa quadam laboris regione. Officium ergo eiusmodi curatorum, qui nomine comprehenduntur *indirecti* operum conductoris, est *adversus coactam cessationem ab opere contendere,* quae omnibus in casibus malum aliquod est et, cum latius increbruit, vera fieri potest socialis calamitas. Fit autem difficultas acerbissima, cum adulescentes prae ceteris afiiiguntur, qui, apta institutione ad ingenii culturam, artem technicam, peculiaria munera pertinente comparati, nequeunt opus reperire cernuntque cum dolore sinceram suam operandi voluntatem fraudari una cum prompta alacritate in se proprias recipiendi partes ad oeconomicam socialemque communitatis progressionem iuvandam. Obligatio inceptorum pro hominibus opere destitutis, officium videlicet subministrandi congrua auxilia ad vitam et victum operariorum coacte otiosorum eorumque familiarum necessaria, proficiscitur ex primario hac in provincia praecepto ordinis moralis, quod est principium communis bonorum usus aut — etiam simplicius si loqui volumus — ius ad vitam eiusque sustentationem.

Ut ideo obviam procedatur periculo talis invitae vacuitatis operis et ut omnibus labor praestetur, curatores illi, qui nomine comprehenduntur *indirecti* conductoris operis, procurare debent universalem temperationem sedium multiplicis operis, ubi non tantum oeconomica verum etiam *culturalis* cuiusdam societatis vita componitur; prospicere insuper debent rectae convenientique dispositioni operis iis in sedibus. Haec denique cura ipsam premit Civitatem; at significare non potest cumulationem officiorum una ex parte effectam ab auctoritatibus publicis. Ex contrario quidem agitur de iusta rationabilique rerum disposita copulatione seu *coordinatione,* intra quam collocandus in tuto est *spontaneus motus* singulorum hominum et coetuum

liberorum, sedium et complexionum localium operis, habita profecto eorum ratione, quae superius de natura subiectiva tradita sunt operis hominum.

Mutua autem obnoxietas singularum societatum atque Civitatum necnon necessitas ipsa communis operae variis in vitae regionibus poscunt ut, conservatis omnino supremis iuribus eorum uniuscuiusque in operis praestituta temperatione et ordinatione propriam intra societatem, eodem tempore hac in summi momenti causa foveatur *communis cooperatio inter nationes* necessaria per pacta et conventa. Ibi pariter necesse est regula illorum pactorum atque conventorum magis magisque fiat ipse labor humanus acceptus tamquam princeps ius omnium hominum, labor nempe, qui iis omnibus, qui operantur, similia tribuit iura, ita tandem ut vitae qualitas hominum operi deditorum in singulis societatibus *usque minus distantes exhibeat dis similitudines,* quae iniquae sunt aptaeque ad excitandos violentos motus contrarios. Ingentia officia hoc loco absolvenda Institutis sunt Internationalibus. Ea vero se debent sinere dirigi accurata cognitione implicatarum condicionum causarumque naturalium, historicarum, civilium et aliarum; decet etiam pollere ea, quod spectat ad communiter capta agendi consilia, maiore operositate, id est efficaci rerum exsequendarum facultate.

Hac quidem via expleri potest propositum universalis congruentisque omnium hominum progressionis secundum directorias normas Litterarum Encyclicarum Pauli VI a verbis *Populorum progressio* incipientium. Necesse autem est moneatur partem constitutivam simulque *comprobationem* maxime consentaneam illius progressionis in spiritu iustitiae ac pacis, quam profitetur Ecclesia quamque flagitare haud cessat a Patre cunctorum hominum ac populorum, *novam esse continuamque laboris humani aestimationem,* tum ratione obiectivi eius finis tum causa dignitatis subiecti omnis laboris, quod idem est homo. Progressio, quae hic consideratur, perficienda est propter hominem

ac per hominem in homineque fructus debet afferre. Progressionis vero comprobatio semper erit usque maturior agnitio finis operis latiusque diffusa observantia iurium cum eo cohaerentium secundum hominis dignitatem, qui est subiectum laboris.

Rationalis ordinatio praestituta atque consentanea operis humani dispositio, pro singularum societatum et Civitatum condicione, facere debet ut iustae reperiantur proportiones varia inter genera laboris: opus agrorum culturae, machinalis industriae, variorum ministeriorum, opus mentis necnon scientiarum et artium, secundum cuiusque hominis potestatem ad bonumque commune omnis societatis ac totius hominum generis. Vitae autem humanae constitutioni secundum multiplices operis facultates respondeat accommodata oportet *ratio institutionis et educationis,* quae ante omnia affectet progressionem ad maturam humanitatem, sed quae etiam proponat peculiarem praeparationem hominis ut cum emolumento iustum suum occupet locum in magna socialique modo variata faciendi operis sede.

Si praeterea oculi supra universam hominum familiam coniciuntur per omnes terras disseminatam, *una res* immensae magnitudinis mentem funditus *conturbat:* cum enim ex altera parte ingentes naturae opes iaceant intactae, ex altera tamen subsistunt hominum turmae invite otiosorum vel partim saltem opere carentium atque interminatae multitudines famelicorum; id quod sine dubio commonstrat, tam intra singulas communitates politicas quam in rationibus inter eas per continentes vel per totum mundum ipsum intercedentibus, aliquid perperam geri, quod spectat ad ordinationem laboris et navitatem hominum, et quidem in rebus et locis, quae maximam difficultatem summumque prae se ferunt momentum sociale.

19. Praecipuo ita circumscripto officio, quod secum infert cura tribuendi singulis operariis laborem, ut in tuto collocetur

observantia iurium hominis, quae abalienari non possunt, quod ad eius attinet opus, propius iam convenit ut haec iura tractentur, quae ad summam conglobantur in vinculum coniunctionis *inter opificem ac directum operis conductorem.* Omnia enim, quae adhuc sunt tradita de *indirecto* operis conductore, eo tendunt ut definiantur subtilius haec coniunctionis vincula, demons tratis illis nempe multiplicibus condicionibus, quibus *indirecto* modo ea constituuntur. Huius tamen considerationis non est res tantum describere; nec brevis ea est tractatio de re oeconomica vel politica. Nam hic interest ut sua ponatur in luce *ratio deontologica et moralis.* Quaestio ac veluti cardo rei ethicae socialis, hac in causa, est aequa remuneratio laboris completi. Hodiernis enim in temporum adiunctis nullus gravior invenitur modus implendae iustitiae in rationibus inter opificem conductoremque operis quam is qui remunerationem respicit operis. Utcumque enim hic labor contingit — sive fit in systemate privati dominii instrumentorum ad bona gignenda sive in systemate, ubi privata haec possessio formam aliquam induit collationis in commune — vinculum coniunctionis inter operis conductorem (in primis *directum)* atque operarium conficitur mercede, id est aequa remuneratione operis, quod est patratum.

Illud quoque efferendum est: iustitiam cuiusvis systematis socialis-oeconomici et, quaequae ea est, iustam illius administrationem demum merito iudicandas esse ex modo, quo opus eodem in systemate aeque rependatur. Hic reditur nimirum ad primum principium totius ordinis ethici-socialis, *ad principium communis usus bonorum.* Quovis enim in systemate, missis rationibus illis primariis, quae inter opes « capitales » et laborem intercedunt, mercedes sive operis remuneratio manet *via concreta,* per quam maxima pars hominum illis bonis valent potiri, quae usui destinantur communi: bonis, inquimus, tam naturae quam iis quae humanis efficiuntur subsidiis. Homini-

bus operi deditis aditus ad ea bona per ipsam patet mercedem, quam uti laboris sui remunerationem percipiunt. Hinc merces iusta semper fit solida comprobatio totius systematis socialis-oeconomici atque, utcumque res se habet, recti processus eiusdem systematis. Non est quidem haec sola comprobatio, sed habet peculiare momentum estque quadamtenus ipsa comprobatio et totius negotii cardo.

Probatio haec iustitiae tangit imprimis familiam. Iusta enim remuneratio operis hominis adulti, in quem onus familiae recidit, ea nominatim erit, quae ad familiam condendam digneque sustinendam sufficiat atque ad eius prosperandam aetatem venturam. Remuneratio autem istius modi reddi poterit tum per *solarium familiare,* quod dicitur — unicum id est salarium capiti tributum familiae ob ipsius laborem ut ita necessitatibus familiae satisfaciat neque alius oporteat labor retributivus extra domum ab uxore suscipiatur — tum per *alia praesidia socialia,* qualia sunt scidulae nummariae familiares vel subsidia matri concessa, quae soli se familiae dedit, quae subsidia veris necessitatibus debent convenire, scilicet numero ipsi hominum e familia pendentium in totum illud tempus, quamdiu nequeunt in se digne recipere propriae vitae curandae officium.

Probant experimenta enitendum esse ut ab integro *aestimentur sociali iudicio munera materna,* necnon fatigatio cum iis coniuncta et necessitas, quam filii habent, curae amoris affectus ut crescere valeant in homines sui iuris suorumque officiorum conscios, in homines moribus fideque maturos et animo aequabili praeditos. In societatis cedet omnino honorem, si licuerit matri sese filiorum curationi devovere educationique secundum varias aetatis illorum necessitates, ita tamen ut libertas eius non impediatur, ut nihil patiatur ea discriminis psychologici aut practici neque sociabus suis ullo pacto inferiorem se sentiat. Coacta officiorum talium derelictio propter retributivum opus extra domum est absona, considerato socie-

tatis familiaeque commodo, si repugnet eiusmodi propositis materni officii vel ea difficilia reddat.[26]

Talibus in rebus inculcandum est latiore modo oportere omnem laboris cursum ordinari ita et accommodari ut personae observentur necessitates vitaeque eius formae, imprimis autem domestica vita secundum cuiusque aetatem ac sexum. Constat enim multas apud societates operari mulieres in omnibus paene vitae regionibus. At eas decet plene exsequi posse munia propria *secundum peculiarem suam indolem,* nullo facto discrimine nullaque officiorum exclusione, quorum sint ipsae capaces; verumtamen haud neglegi licet observationem familiarium desideriorum earum necnon operis particularis, quod congruit iis in societatis commoditatem una cum maritis. *Vera mulieris provectio* efflagitat ut sic labor disponatur ut non debeat illa promotionem sui compensare exuenda indole sibi propria et peculiari, cum detrimento familiae, pro qua uti mater partes pernecessarias explet.

Praeter mercedem hic occurrunt etiam varia *beneficia socialia,* illuc nempe spectantia ut vita salusque opificum eorumque familiarum tuto praestetur. Sumptus impendendi in valetudinis curationem, potissimum in adversis casibus circa ipsum laborem, poscunt ut facile pateat operario aditus ad sanitatis subsidia et quidem, quantum fieri potest, parvo pretio vel etiam gratuito. Aliud deinde argumentum, quod illa beneficia respicit, cum *iure requietis* coniungitur : agitur ante omnia de communi otio hebdomadali, inclusa saltem die dominica, ac praeterea de longiore quiete, id est de annuis feriis, quas vocamus, vel quae, si fieri potuerit, saepius in anno per breviora intervalla transiguntur. Agitur denique de pensionis socialis iure et cautione pro senectute necnon pro casibus adversis cum opere faciendo conexis. Intra horum iurium praecipuorum ambitum summa iurium particularium viget, quae una cum laboris re-

[26] Cfr. Conc. Oec. Vat. II, Const. past. *Gaudium et Spes* de Ecclesia in mundo huius temporis, 67: *AAS* 58 (1966), p. 1089.

muneratione rectam statuunt necessitudinis formulam inter opificem operisque conductorem. Quibus in iuribus semper est numerandum ius operis faciendi in rerum locorumque adiunctis et tali effectionis modo, quae corporis valetudini opificum non officiant neque morum noceant integritati illorum.

20. Supra fundamentum omnium horum iurium et secundum necessitatem in ipsis operariis illa praestandi aliud ius pariter exoritur: hoc est *ius sese consociandi,* nempe ineundi coetus vel societates, quibus id proponitur ut commoda praecipua tueantur hominum variis in vitae muneribus versantium. Quae quidem consociationes opificum collegia appellantur. Commoda autem potissima illa hominum operi deditorum quadamtenus communia sunt omnibus; eodem tamen tempore genus laboris omne omnisque vitae professio suam continet proprietatem, quae illis in consociationibus proprium suum invenire debet effectum.

Opificum collegia aliquo modo initia sua acceperunt ex artificum corporibus Mediae Aetatis, quandoquidem societates illae consociabant inter se homines ad eandem artem exercendam pertinentes ideoque *secundum opus, quod implebant.* Simul vero opificum collegia hoc modo principali distant ab artificum corporibus, quod eiusmodi nostrae aetatis collegia percrebruerunt secundum dimicationem operariorum et totius ambitus laboris, imprimis vero opificum machinali industriae addictorum, eo contendentium ut *aequa iura* sua def enderentur respectu operis susceptorum ac dominorum instrumentorum ad bona gignenda. Defensio ergo potissimorum vitae commodorum opificum in omnibus provinciis, in quibus eorum iura aguntur, munus constituit opificum collegiorum. Historiae insuper experimentum docet huiusmodi consociationes esse pernecessariam *partem vitae socialis,* praesertim in recentioribus societatibus quaestuosa industria potentibus. Id autem manifesto non significat opifices eiusmodi industriae deditos solos posse sibi huius generis sodalitates efficere. Omnium enim munerum seu vitae

professionum participes uti valent iis ad iura sua propria tutanda. Unde opificum collegia inveniuntur agricolarum et scribarum; pariter consociationes sunt ipsorum operis conductorum. Quemadmodum iam est superius dictum, omnes hae ulterius distrahuntur in minores coetus vel manipulos secundum peculiarium, quibus funguntur, munerum notas.

Catholica socialis doctrina minime contendit opificum collegia praebere imaginem societatis dumtaxat secundum « classes » conformatae esseque quasi auctores pugnae « classium », quae necessario regat vitam socialem. Sunt utique illa *fautores certaminis pro aequitate sociali* pro iustisque iuribus hominum in labore versantium secundum munera cuiusque. Atqui haec dimicatio respiciatur oportet veluti communis certatio « pro » bono iusto : nempe pro bono illo, quod necessitatibus respondet ac meritis hominum labori addictorum secundum munera consociatorum; verum id non est « pugna adversus alios ». Si in quaestionibus controversis sumit sibi etiam naturam repugnantiae adversus alios, hoc accidit propter iustitiae socialis bonum, non propter ipsam <(dimicationem » neque ut adversarius tollatur de medio. Ante omnia labor eam habet proprietatem ut homines congreget, qua in re vis eius socialis consistit : vis scilicet communitatis coagmentandae. In hanc denique communitatem conglobari aliquo modo debent tum homines operantes tum ii quibus instrumenta ad bona parienda praesto sunt vel horum possessores. *Ratione igitur habita huius principalis structurae* cuiusvis laboris — considerato nempe in omni systemate sociali « laborem » et opes « capitales » in summa pernecessarias esse partes totius cursus efíectionis bonorum — consociatio hominum, suorum iurium vindicandorum causa, ex ipsis operis necessitatibus exorta, manet elementum constitutivum *ordinis socialis* ac *solidae* hominum coniunctionis, quod praeteriri non licet.

In iustis conatibus in tuto collocandi iura opificum, qui eodem munere iunguntur, semper perpendendi sunt fines ac limi-

tes, quos universalis condicio oeconomica Civitatis imponit. Postulationes enim opificum collegiorum transire non licet aliquod in genus nimii studii rerum suarum, quo coetus vel ordo seu classis aliqua teneantur, quamvis valeant debeantque contendere ut propter commune totius societatis bonum etiam ea omnia corrigant, quae vitiosa sunt in ratione dominii instrumentorum ad bona gignenda aut in via ea moderandi et administrandi. Vita namque socialis et oeconomica-socialis est certe quasi quaedam machina « vasculorum inter se communicantium » ; cui machinae necesse est etiam omnis opera socialis accommodetur, cuius sit iura coetuum peculiarium tutari.

Hoc pacto navitas collegiorum opificum sine dubio ingreditur *« politicarum »* rerum provinciam ; quae res intelleguntur uti *prudens curatio boni communis.* Officium vero illarum consociationum non est « negotia poli tica gerere », sicut communiter hodie locutio ea recipitur. Opificum collegia minime habent indolem « f actionum politicarum », quae rebus potiri nitantur; neque debent ex se subiacere quidem consiliis partium politicarum neque vinculis nimis arctis conecti cum iis. Si enim id accidat, facile dissident a proprio munere, quod est in tuto collocare iusta iura hominum in opere versantium intra fines communis boni universae societatis; contra, fiunt *instrumenta contentions ad alia proposita perficienda.*

Si loquimur proin de iustorum iurium tutela hominum labori deditorum secundum munera singula, profecto semper ante oculos constituamus oportet id quod in unaquaque professione efficiat subiectivam operis naturam, sed simul, immo imprimis, id quod propriam afficiat dignitatem subiecti ipsius laboris. Plures hinc aperiuntur rerum facultates in navitatibus consociationum et collegiorum opificum, scilicet etiam in officio, quod suscipiunt, instituendi, educandi atque sui educationem promovendi. Benéfica est opera scholarum et « universitatum operariarum » vel « popularium », quae dicuntur, tum etiam rationum studiorum et institutionis curriculorum, quae excoluerunt

et etiamnunc excolunt hunc ipsum industriae campum. Optandum usque est ut ex suorum collegiorum actione operarius non tantum plus « habere » sed ante omnia plus « esse » possit; valeat id est plenius perficere omni ex parte suam humanitatem.

Opificum collegia, dum pro iustis sodalium suorum iuribus decertant, utuntur *via quoque « operistitii »*, nempe operum intermissionis, tamquam genere quodam postremae condicionis, quam « ultimatum » appellant, adversus legitimas auctoritates imprimisque operis conductores. Haec via in sociali doctrina catholica agnoscitur legitima sub debitis condicionibus iustisque servatis limitibus. Ad hoc ergo quod attinet, tribui oportet opificibus *ius operistitii* ita tamen ut nullam patiantur poenam ob suam cessationis ab opere participationem. Concesso itaque hoc esse iustum instrumentum ac legitimum, simul tamen inculcan necesse est operistitium certo quodam sensu esse extremum consilium. *Non eo licet male uti;* non eo licet abuti praesertim machinationum « politicarum » gratia. Praeterea numquam fas est oblivisci, quoties agatur de ministeriis civili communitati necessariis, ea — utcumque res sint — servanda et procuranda esse etiam, si necesse fuerit, per consentanea consilia publica. Operistitii enim immoderatus usus inferre potest totius vitae socialis et oeconomicae cessationem; et hoc adversatur societatis boni communis necessitatibus, quod bonum etiam congruit cum ipsius operis indole, quae recte intellegatur.

21. Quae omnia adhuc sunt dicta de dignitae laboris, de obiectiva ac subiectiva hominis operis natura, directo adhiberi possunt ad quaestionem operis agrorum colendorum necnon ad hominis condicionem, qui terram colit áspero labore agres ti. Haec enim pars vastissima operis est nostro in orbe neque circumscribitur una alterave continente neque societatibus reservatur, quae aliquem iam gradum progressionis ac prosperitatis sunt assecutae. Res tota agricolaris, quae societati praebet bona cotidianam ad ipsius sustentationem necessaria, induit *prima-*

rium sane *momentum*. Condiciones vero agrestium operisque rustici haud eaedem ubique sunt diversique pariter sunt status sociales opificum agricolarum in regionibus variis. Id quod pendet non tantum e gradu progressionis ipsius technicae artis agricolaris, verum — immo fortasse etiam magis — ex agnitione iustorum iurium operariorum agricolarum ac denique e gradu conscientiae communis de re ethica sociali laboris.

Opus agreste non leves prae se fert difficultates, quales sunt continuus corporis nisus, qui interdum plane conficit vires, minor aestimatio, qua labor ille sic a communitate iudicatur ut homines agrorum culturae addicti in secundarias societatis partes se sentiant detrudi utque hac de causa plurimi eorum rure festinent fugere in urbes, ac quidem, pro dolor, in vitae condiciones multo magis humanam deicientes dignitatem. Huc insuper addendus est defectus consentaneae institutionis ad artem exercendam aptorumque instrumentorum et serpens illud suarum tantum rerum studium seu *Individualismus,* quem dicunt, et *condiciones revera* ***iniustae.*** Quibusdam in nationibus ad progressionem nitentibus pluries centena milia milium hominum coguntur ut arva colant aliena, atque quaestui habentur a latifundiorum dominis, nulla proposita spe ipsos umquam possessuros vel minimam terrae partem ut suam propriam. Desiderantur rationes legitime tutandi opificem agricolam eiusque familiam in senectute vel morbo vel invita operis vacuitate. Diuturni dies asperi laboris corporis tenui rependuntur mercede. Campi arabiles deseruntur a dominis ; legitimi possessionis tituli parvorum agrorum, soli nempe proprii, iam plures annos cultorum, spernuntur vel minime defenduntur adversus « terrae famem » singulorum aut manipulorum hominum potentiorum. Atqui in nationibus etiam oeconomica ratione progressis, ubi scientiarum inquisitiones et victoriae technologiae vel politica agendi via ipsius Civitatis agrorum culturam ad locum altissimum provexerunt, laedi potest operis ius, cum agricolae potestas negatur communicandi consilia et decisiones, quae operam ipsius affi-

ciunt, vel cum ius denegatur ineundi libere consociationes propter iustam progressionem socialem, culturalem, oeconomicam opificis agricolae.

Postulantur igitur multis in casibus necessariae rerum mutationes funditus penetrantes et urgentes ut agrorum culturae — et agrestibus ipsis — aequa reddatur aestimatio tamquam *fundamentum sanae rei oeconomicae* intra universam socialis communitatis progressionem. Idcirco praedicari dignitatem ac provehi oportet laboris, cuiuslibet operis, ac praesertim laboris agricolaris, quo homo adeo eloquenter « subicit » terram, dono acceptam a Deo, suumque confirmat « dominatum » in rerum aspectabilium mundum.

22. Recentius quidem communitates nationales atque instituta internationalia animos converterunt aliam ad quaestionem, cum opere ipso coniunctam, quae saepius ad alias res crebro habet momentum: haec est ipse homo praepeditus. Eiusmodi quoque homines sunt subiecta plane humana cum iuribus ingenitis, sacris, inviolabilibus respondentibus, quae etiam cum limitibus ac doloribus, quibus eorum corpora facultatesque signantur, magis efferunt hominis dignitatem ac magnitudinem. Persona, quae talia secum fert impedimenta, cum subiectum sit omnibus cum iuribus suis propriis, adiuvanda est quo facilius participet societatis vitam omnibus in partibus eius ac gradibus, ad quae accedere valet. Homo praepeditus unus ex nobis est pleneque ipsam humanitatem nostram communicat. Prorsus est hominis indignum ac negatio ipsa communis humanitatis recipere ad societatis vitam et proinde ad laborem solos homines plene capaces, quia, si id fit, *gravis admittitur distinctionis forma:* nempe valentium ac sanorum contra debiles et aegros. Opus autem sensu obiectivo etiam hic hominis subdi debet dignitati, videlicet subiecto laboris, non ipsi oeconomico lucro.

Quapropter varii generis curatorum totius ambitus opificum

et laboris interest, *directi* operis conductoris pariter et *indirecti,* ut efficacibus aptisque consiliis provehatur ius hominis ita impediti ad praeparationem professionis et ad opus, ut is inseri possit in navitatem aptam ad bona gignenda, cui sit idoneus. Plures hic admoventur difficultates practicae, iuridiciales atque etiam oeconomicae ; at officium est communitatis, id est publicarum auctoritatum et consociationum tum coetuum mediorum et sedium bonis pariendis, immo etiam impeditorum ipsorum, colligere in unum notiones opesque ut ad hoc pernecessarium adveniatur propositum : *ut opus impeditis hominibus offeratur secundum illorum potestates,* quoniam id poscit eorum dignitas uti hominum et laboris subiectorum. Omnis communitas structuras sibi comparet ad inveniendam vel efficiendam operis faciendi copiam talibus hominibus consentaneam — sive in publica aliqua vel privata sede bonis gignendis, facultate oblata laboris usitati vel aptioris, sive in communibus sedibus bonis gignendis, publicis vel privatis, et in operis faciendi sedibus, quae iisdem praepeditis sunt destinatae pro iisque apte dispositae.

Sicut pro ceteris operariis, animus magnopere erit advertendus operis condicionibus — quod attinet ad mentem corpusque impeditorum — et remunerationi iustae et facultati progrediendi et variis obstaculis tollendis. Licet non negetur agi hic de implicato ac difficili munere, par est tamen optare ut *recta operis notio, sensu subiectivo concepta,* condicionem rerum inducat, qua impeditus homo sentiat se non in secundariis partibus ambitus operis faciendi versari neque e societate ipsa pendere, verum laboris esse subiectum pleni iuris et utile et observatum propter dignitatem suam humanam, necnon vocari ad conferendum studium et curam in progressionem ac bonum familiae suae et communitatis secundum suas ipsius potestates.

23. Postremo denique oportet aliquid summatim pronuntietur de argumento *migrationis ob laborem,* quae dicitur. Haec qui-

dem perantiqua res est, quae nihilo minus usque iteratur atque hodie etiam late diffunditur propter vitae hodiernae implicatam naturam. Homini est quidem ius deserendae terrae natalis ex rationibus variis et illuc dein redeundi quo meliores alia in regione quaerat vitae condiciones. Hoc certe non caret difficultatibus varii generis; ante omnia significat plerumque aliquam iacturam Civitati ipsi, unde migratur, allatam. Discedit enim homo simulque membrum permagnae communitatis, quae ex historia, traditione, humano cultu coaluit, ut vitam incipiat aliam intra societatem, quae alia colligatur animi cultura saepiusque alio sermone. Deest ideo *subiectum operis* hoc in casu, ille nempe, qui proprii ingenii vi suisque manibus possit aliquid ad bonum commune suae nationis conferre ; sed, ecce, illae vires ac partes tribuuntur alii societati, quae earum minus quodammodo habet ius quam patria, unde originem ducit.

Verumtamen, etsi migratio quadam ex parte est aliquod malum, tamen quibusdam in condicionibus malum istud — uti dicitur — est malum necessarium. Omnia sane efficienda sunt — et multa iam quidem huius rei causa sine dubio fiunt — ne malum illud sensu materiali acceptum maiora secum ferat *damna sensu morali,* uti intellegunt; immo vero ut — quantum fieri possit — apportet etiam bona vitae privatae, familiari, sociali eius qui emigravit, quod attinet tum ad nationem, in quam pervenit, tum ad nationem, quam reliquit. Plurimum hac in re vertitur iustis in legibus, praesertim cum iura hominis labori addicti aguntur. Qua quidem potissimum ex parte, quemadmodum est apertum, hanc quaestionem consideratio nostra complectitur.

Summopere igitur refert ut homo, qui extra natalem suam regionem opus facit vel ut migrator perpetuus vel ut opifex temporarius, nihil patiatur *detrimenti* suis in laboris iuribus respectu aliorum operariorum alicuius societatis. Migrationem ergo operis causa nullo modo fieri licet occasionem quaestus, cui in re nummaria aut sociali homines habeantur. Quod spectat

vero ad nexum laboris cum operario, qui immigravit, eaedem valeant regulae oportet, quae pro ceteris omnibus illius societatis opificibus vigent. Pretium namque operis eadem metiendum est regula, diversae originis, religionis, stirpis nulla habita ratione. Tanto igitur magis *nefas est perverse uti condicione coactus,* in qua versatur homo, qui emigravit. Debent enim haec omnia adiuncta sine condicione cedere principali bono laboris, quod cum personae humanae dignitate cohaeret, consideratis quidem opificum peculiaribus proprietatibus. Praecipuum rursus inculcetur necesse est principium : ordo bonorum sensusque ipse altus laboris postulant ut opes « capitales » operi serviant neve opibus « capitalibus » labor.

V

24. Prostremam partem harum cogitationum de argumento laboris humani, coniunctarum scilicet cum nonagésimo anno expleto ab editis Litteris Encyclicis *Rerum Novarum,* decet quasi dicari spiritualitati laboris secundum huius vocis sensum christianum. Quoniam opus sua ex ratione subiectiva est semper actio personalis — *actus personae* — idcirco consequitur ut illud *participet* integer homo, *corpus nempe et animus,* sive opus idem manuum est sive ingenii. Ad hominem pariter totum dirigitur verbum Dei viventis, evangelicus salutis nuntius, in quo multa doctrinae argumenta — quasi quasdam luces peculiares — reperimus ad laborem humanum spectantia. At convenienter oportet haec doctrinae argumenta intus suscipiantur; necessarius est interior nisus spiritus humani fide, spe caritateque ducti, ut per eadem argumenta *tribuatur labori* hominis concreti ille *sensus, quem coram Deo habet* et per quem in opus intrat salutis, sicut res ceterae, quibus hoc contexitur, eiusque elementa communia quidem sed simul magni momenti.

Si Ecclesia suum esse munus censet propriam ferre sententiam de opere ex aestimatione ipsius pretii humani ordinisque moralis, quem illud ingreditur — qua in re grave aliquod suum

dispicit officium quoad ministerium, quod agit pro universo evangélico nuntio — simul quidem percipit peculiare suum onus in tali *componenda laboris spiritualitate,* quae omnes homines adiuvet ut per ipsius viam appropinquent Deo Creatori ac Redemptori, ut salvifica eius consilia de homine mundoque communicent et ut sua in vita altius perspiciant et excolant amicitiam cum Christo, participantes vivo modo per fidem triplex ipsius munus : Sacerdotis, Prophetae, Regis, quemadmodum mirabilibus dictis edocet Concilium Vaticanum Secundum.

25. Eloquitur Concilium Vaticanum Secundum : « Hoc credentibus ratum est, navitatem humanam individualem et collectivam, seu ingens illud conamen, quo homines decursu saeculorum suae vitae condiciones in melius mutare satagunt, in seipso consideratum, Dei proposito respondere. Homo enim, ad imaginem Dei creatus, mandatum accepit ut, terram cum omnibus, quae in ea continentur, sibi subiciens, mundum in iustitia et sanctitate regeret utque, Deum omnium Creatorem agnoscens, se ipsum ac rerum universitatem ad illum referret, ita ut, rebus omnibus homini subiectis, admirabile sit nomen Dei in universa terra ».[27]

Divinae Revelationis verbis penitus est inserta haec praecipua veritas: *hominem,* ad Dei factum imaginem, *per laborem suum participare Creatoris opus* ac secundum proprias facultates quodammodo pergere illud exsequi opus ac perficere, dum magis comperiat opes et bona conclusa in tota creatura. Hoc verum detegimus iam in primis Sacrarum Litterarum initiis, in libro videlicet *Genesis,* ubi ipsum creationis opus exhibetur sub specie, alicuius « laboris » a Deo « sex diebus »[28] completi ut « requiesceret »[29] septimo die. Ceterum postremus etiam Sacrarum Scripturarum liber eodem resonat sensu observantiae erga opera, quae Deus patravit « labore » suo ut Creatoris, ubi excla-

[27] *Ibid.,* 34: *loc. mem.,* pp. 1052 s.
[28] Cfr. *Gn. 2, 2; Ex.* 20, 8. 11; *Dt.* 5, 12ss.
[29] Cfr. *Gn.* 2, 3.

matur : « Magna et mirabilia opera tua, Domine Deus omnipotens M ,[30] similiter ac Genesis liber, qui cuiusque diei narrationem creationis hac terminat dictione : « Et vidit Deus quod esset bonum ».[31]

Haec creationis descriptio, quam in primo iam capite libri *Genesis* invenimus, *quadamtenus primum est « evangelium laboris* ». Nam ipsa profecto demonstrat qua in re dignitas eius consistat : docet enim hominem operando Deum imitari debere Effectorem suum, cum gerat in se ipse solus singularem hanc rationem similitudinis cum Illo. Imitetur Deum homo oportet tum laborando tum etiam requiescendo, quandoquidem Deus ipse ostendere voluit ei propriam creatricem industriam sub figura *laboris ac requietis.* Hoc autem Dei opus in mundo progreditur semper, uti verba Christi testantur : « Pater meus usque modo operatur...» :[32] vi operatur créatrice sustinens orbem, quem ex nihilo eduxit; potentia operatur salvifica in hominum animis, quos inde ab initio destinavit ad « quietem »[33] secum « in domo Patris ».[34] Quocirca opus quoque humanum non tantum flagitat quietem « septimo die »,[35] verum etiam ac quidem multo magis constare nequit sola exercitatione virium humanarum in actibus externis; debet enim velut interius spatium parare, in quo homo, dum plenius usque id fit, quod Dei voluntate oportet ut sit, sese praeparat ad illam « *requietem », quam servis suis Dominus reservat atque amicis.*[36]

Haec dein conscientia — laborem humanum participationem Dei operis esse — necesse est pervadat — sicut Concilium monet — etiam ad *«opera penitus quotidiana* ... Viri namque et mulieres qui, dum vitae sustentationem sibi et familiae com-

[30] *Apc.* 15, 3.
[31] *Gn.* 1, 4. 10. 12. 18. 21. 25. 31.
[32] *Io.* 5, 17.
[33] *Heb.* 4, 1. 9 s.
[34] *Io.* 14, 2.
[35] *Dt.* 5, 12ss.; *Ex.* 20, 8-12.
[36] Cfr. *Mt.* 25, 21.

parant, navitates suas ita exercent ut societati opportune ministrent, iure existimare possunt se suo labore opus Creatoris evolvere, commodis fratrum suorum consulere et ad consilium divinum in historia adimplendum personali industria conferre ».[37]

Par est ideo hanc christianam spiritualitatem operis evadere quasi patrimonium, quod omnes participent; par est, hac potissimum aetate, *spiritualitatem* laboris prae se ferre illam maturitatem, quam mentium cordiumque sollicitudines poscant et angores : ((Christiani itaque, nedum arbitrentur opera, quae homines suo ingenio et virtute pepererunt, Dei potentiae opponi, creaturamque rationalem quasi aemulam Creatoris exsistere, potius persuasum habent humani generis victorias signum esse magnitudinis Dei et fructus inefïabilis Ipsius consilii. Quo magis vero hominum potentia crescit, eo latius ipsorum responsabilitas, sive singulorum sive communitatum extenditur. Unde apparet *christiano nuntio* homines ab extruendo mundo non averti nec ad bonum sui similium negligendum impelli, sed potius officio haec operandi arctius obstringi n.[38]

Insuper conscientia haec — per laborem participare hominem opus creationis — constituit causam maxime *instigantem* ut labor iste pluribus in regionibus suis suscipiatur. In Constitutione *Lumen Gentium* haec scripta legimus : « Fideles igitur totius creaturae intimam naturam, valorem et ordinationem in laudem Dei agnoscere, et per opera etiam saecularia se invicem ad sanctiorem vitam adiuvare debent, ita ut mundus spiritu Christi imbuatur atque in iustitia, caritate et pace finem suum efficacius attingat... Sua igitur in profanis disciplinis competentia suaque activitate, gratia Christi intrinsecus elevata, valide conferant operam, ut bona creata secundum Creatoris ordi-

[37] Conc. Oec. Vat. II, Const. past. *Gaudium et Spes* de Ecclesia in mundo huius temporis, 34: *AAS* 58 (1966), pp. 1052 ss.

[38] *Ibid.*

nationem Eiusque Verbi illuminationem humano labore, arte technica, civilique cultura... excolantur».[39]

26. Porro veritas haec, secundum quam homo per laborem communicat opus Dei ipsius, Creatoris sui, insignite *elata est a Iesu Christo,* ab illo scilicet Iesu, de quo primorum eius auditorum in oppido Nazareth multi admirabantur dicentes: « Unde huic haec, et quae est sapientia, quae data est illi ... Nonne iste est f aber] »z[40] Reapse Iesus « bonum nuntium », sibi concreditum, aeternae Sapientiae verba, non praedicabat solum, sed imprimis opere complebat. Quam ob rem illud erat etiam « evangelium laboris », quia *id proclamans erat ipse homo labori addictus,* operi fabrili ut Ioseph a Nazareth.[41] Et quamvis haud reperiamus eius in dictis peculiare mandatum de opere faciendo — immo potius semel vetitum ne quis nimium de labore ac victu sollicitetur[42] — illa tamen veluti eloquentia vitae Christi est nequaquam ambigua : pertinet is ad opificum ordinem ostenditque erga laborem humanum observantiam et aestimationem; quin plus dici potest: *eum amanter hunc respicere laborem* variasque eius formas, cum in quaque forma percipiat aliam rationem similitudinis hominis cum Deo Creatore ac Patre. Nonne is ipse dixit: « Pater meus agrícola est... »[43] et variis modis *in suam doctrinam* transtulit principalem eam veritatem de labore, quae iam totam per Veteris Testamenti traditionem ipso *Genesis* libro declaratur?

In *Testamenti Veteris libris* non desunt multiplices operis humani significationes singularumque artium ab homine factitarum: sic, verbi gratia, medici,[44] medicamentarii,[45] f abri et

[39] Conc. Oec. Vat. II, Const. dogm. *Lumen Gentium* de Ecclesia, 36: *AAS* 57 (1965), p. 41.

[40] *Me.* 6, 2 s.

[41] Cfr. *Mt.* 13, 55.

[42] Cfr. *Mt.* 6, 25-34.

[43] *Io.* 15, 1.

[44] Cfr. *Eccli.* 38, 1 ss.

[45] Cfr. *Eccli.* 38, 4-8.

artificis,[46] malleatoris,[47] figuli[48] — quae voces hodie referri possunt ad ferri aerisque opificem — agricolae,[49] studiosi sapientis,[50] navigatoris,[51] aedificatoris,[52] musici,[53] pastoris,[54] piscatoris.[55] Nota sunt praeterea pulchre dicta de labore mulieris.[56] Porro *in parabolis suis* de Regno Dei Iesus Christus constanter appellat laborem humanum : pastoris,[57] agricolae,[58] medici,[59] seminatoris,[60] patris familias,[61] servi,[62] vilici,[63] piscatoris,[64] negotiatoris,[65] operarii.[66] Pariter etiam loquitur variis de feminae muneribus.[67] Apostolatum illustrat similitudine laboris manuum messorum[68] vel piscatorum.[69] Mentionem denique movet hominum doctorum.[70]

Haec Christi praecepta de opere, quae exemplo vitae propriae innituntur per annos in civitate Nazareth transactae, egregie repetuntur tamquam vocis quadam imagine *in Pauli Apostoli doctrina.* Gloriabatur enim se munere in suo elaborare

[46] Cfr. *Ex.* 31, 1-5; *Eccli.* 38, 27.
[47] Cfr. *Gn.* 4, 22; *Is.* 44, 12.
[48] Cfr. *Ier.* 18, 3 s. ; *Eccli.* 38, 29 s.
[49] Cfr. *Gn.* 9, 20; *Is.* 5, I s.
[50] Cfr. *Eccle.* 12, 9-12; *Eccli.* 39, 1-8.
[51] Cfr. *Ps.* 107 (108), 23-30; *Sap.* 14, 2-3 a.
[52] Cfr. *Gn.* 11, 3; *2 Beg.* 12, 12s.; 22, 5s.
[53] Cfr. *Gn.* 4, 21.
[54] Cfr. *Gn.* 4, 2; 37, 3; *Ex.* 3, 1; *1 Sam.* 16, 11; *et passim.*
[55] Cfr. *Es.* 47, 10.
[56] Cfr. *Prv.* 31, 15-27.
[57] Ex. gr. *Io.* 10, 1-16.
[58] Cfr. *Me.* 12, 1-12.
[59] Cfr. *Lc.* 4, 23.
[60] Cfr. *Me.* 4, 1-9.
[61] Cfr. *Mt.* 13, 52.
[62] Cfr. *Mt.* 24, 45; *Lc.* *12,* 42-48.
[63] Cfr. *Lc.* 16, 1-8.
[64] Cfr. *Mt.* 13, 47-50.
[65] Cfr. *Mt.* 13, 45 s.
[66] Cfr. *Mt.* 20, 1-16.
[67] Cfr. *Mt.* 13, 33; *Lc.* 15, 8 s.
[68] Cfr. *Mt.* 9, 37; *Io.* 4, 35-38.
[69] Cfr. *Mt.* 4, 19.
[70] Cfr. *Mt.* 13, 52.

(ut veri est simile, tentoria fabricabatur[71]), eamque ob causam posse etiam apostolum sola industria sua victum sibi quaeritare.[72] « Neque gratis panem manducavimus ab aliquo, sed in labore et fatigatione, nocte et die operantes, ne quem vestrum gravaremus ».[73] Hinc sane profluunt institutiones eius de argumento laboris, quae *indolem habent cohortationis atque mandati.* Ad Thessalonicenses ita scribit: «his autem... praecipimus et obsecramus in Domino Iesu Christo ut cum quiete operantes suum panem manducent ».[74] Apostolus enim, annotans «quosdam ambulare inordinate, nihil operantes»,[75] in eodem contextu orationis haec non dubitat eloqui : « Si quis non vult operari, nec manducet».[76] Alio autem loco potius *admonet:* « Quodcumque facitis, ex animo operamini sicut Domino et non hominibus, scientes quod a Domino accipietis retributionem hereditatis ».[77]

Apostoli Gentium instituta — ut patet — prae se summum ferunt pondus ac veluti vim cardinis habent pro morali doctrina ac spiritualitate laboris humani. Praestans enim sunt complementum illius magni tametsi simplicis modestique « evangelii laboris », quod in vita offendimus parabolisque Christi, in iis scilicet, quae ipse « fecit et docuit ».[78]

Secundum haec lumina praeclara, ex ipso manantia Fonte, Ecclesia semper ea praedicavit, quorum *declarationem hodiernam* reperimus in Concilii Vaticani Secundi doctrinis : « Humana vero navitas, sicut ex homine procedit, ita ad hominem ordinatur. Homo enim, cum operatur, non tantum res et societatem immutat, sed et seipsum perficit. Multa discit, facultates

[71] Cfr. *Act.* 18, 3.

[72] Cfr. *Act.* 20, 34 s.

[73] *2 Thess.* 3, 8. S. Paulus affirmat Evangelii praeconibus ius esse ea percipiendi, quae ad victum sunt necessaria: *1 Cor.* 9, 6-14; *Gal.* 6, 6; *2 Thess.* 3, 9; cfr. *Lc.* 10, 7.

[74] *2 Thess.* 3, 12.

[75] *2 Thess.* 3, 11.

[76] *2 Thess.* 3, 10.

[77] *Gol.* 3, 23 s.

[78] *Act.* 1, 1.

suas excolit, extra se et supra se procedit. Huiusmodi incrementum, si recte intelligatur, maioris pretii est quam externae quae colligi possunt divitiae ... Unde haec est humanae navitatis norma, quod iuxta consilium et voluntatem divinam cum genuino humani generis bono congruat, et homini individuo vel in societate posito integrae suae vocationis cultum et impletionem permittat».[79]

Talem ideo intra *prospectum bonorum operis humani,* id est talem intra spiritualitatem laboris, ea plane explicantur, quae eodem loco Constitutionis pastoralis Concilii scripta leguntur de argumento rectae *significationis progressus:* « Magis valet homo propter id quod est quam propter id quod habet. Pariter, omnia quae homines, ad maiorem iustitiam, ampliorem fraternitatem, humanioremque ordinationem in socialibus necessitudinibus obtinendam agunt, plus quam progressus technici valent. Hi enim progressus quasi materiam humanae promotioni praebere possunt, illam autem per se solos ad actum nequaquam deducunt ».[80]

Doctrina haec de progressionis incrementique quaestione — quod quidem argumentum mentes hominum nostrae aetatis adeo occupat — intellegi dumtaxat potest ut effectus spectatae spiritualitatis laboris humani atque *solum ex tali spiritualitate* potest impleri et ad effectum deduci. Haec insuper doctrina simulque institutio est, quae penitus radices agit in « evangelio laboris ».

27. Alia deinde operis humani facies est aliaque eius pernecessaria ratio, in quam alte pervadit spiritualitas evangelio innixa. Quivis *labor* — cum manuum tum mentis — necessario cum *fatigatione* cohaeret. *Genesis* liber id admodum acerbe declarat, dum pristinam *benedictionem* operis, iam inclusam

[79] Conc. Oec. Vat. II, Const. past. *Gaudium et Spes* de Ecclesia in mundo huius temporis, 35: *AAS* 58 (1966), p. 1053.

[80] *Ibid.*

ipsum in creationis mysterium atque cum provectione hominis coniunctam uti imaginis Dei, opponit *maledictioni,* quam secum intulit *peccatum:* « maledicta humus propter te ! In laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitae tuae».[81] Hic labor dolorque viam designat humanae vitae in terris et continet *mortis nuntiationem:* « in sudor e vultus tui vesceris pane, donec revertaris ad humum, de qua sumptus es... ».[82] Quam vocem quasi recinens iterat auctor unius librorum sapientialium « Cumque me convertissem ad universa opera, quae fecerant manus meae, et ad labores, in quibus sudaveram et ecce in omnibus vanitas ».[83] Nullus profecto in terris est homo quin voces eas ad se ipsum possit referre.

Aliquo modo Evangelium hac etiam in re pronuntiat veluti ultimum suum verbum in paschali Iesu Christi mysterio. Ibi similiter responsionem conquiri oportet his tam gravibus quaestionibus de spiritualitate operis humani. Etenim *in mysterio paschali* invenitur *crux* Christi, oboedientia eius usque ad mortem, quam Apostolus obicit illi inoboedientiae, quae a principio historiam gravavit hominis in terra.[84] In eo praeterea continetur Christi provectio, qui per mortem in cruce ad discipulos suos redit cum Spiritus Sancti potestate in *resurrectione.*

Sudor ac fatigatio, quae labor in praesentem hominum condicionem necessario importat, christiano immo et omni homini ad Christum sequendum vocato facultatem praebet communicandi, per amorem, operis illius, quod Christus venit ut efficeret.[85] Hoc salutis opus evenit per dolorem mortemque in cruce. Homo igitur, laboris fatigationem una cum Christo pro nobis cruci affixo perferens, operatur quodam modo simul cum Dei Filio ad generis humani redemptionem. Se insuper verum prae-

[81] *Gn.* 3, 17.

[82] *Gn.* 3, 19.

[83] *Eccle. 2, 11.*

[84] Cfr. *Rom.* 5, 19.

[85] Cfr. *Io.* 17, 4.

bet Iesu discipulum gestanda cotidie propria cruce[86] in negotiis, ad quae destinatur perficienda.

Christus « pro nobis omnibus peccatoribus mortem sustinens, suo exemplo nos docet crucem etiam baiulandam esse, quam caro et mundus pacem et iustitiam sectantium humeris imponunt » ; atqui eodem tempore « *sua resurrectione* Dominus constitutus, Christus, cui omnis potestas in caelo et in terra data est, per virtutem Spiritus Sui in cordibus hominum iam operatur... illa etiam generosa vota animans, purificans et roborans, quibus familia humana *suam ipsius vitam humaniorem reddere* et totam terram huic fini subiicere satagit ».[87]

Opere in humano reperit christianus particulam crucis Christi eamque accipit eodem redemptionis animo, quo Christus pro nobis suam acceperat crucem. Propter lumen ipsum, quod ex Christi resurrectione ad nos permanat, semper conspicamur lumen aliquod vitae novae, *bonorum novorum,* veluti nuntians « novos ... caelos et terram novam »,[88] quae per operis defatigationem homo mundusque participant : per fatigationem scilicet nec sine ea umquam. Hoc ex altera parte confirmat crucis necessitatem in laboris humani spiritualitate, ex altera vero parte fit in hac cruce et fatigatione bonum novum, quod ex ipso labore sumit originem: ex labore penitus perspecto omnibusque sub rationibus, at sine eo numquam.

Hoc *bonum novum* — laboris humani fructus — nonne iam parvum est illius « terrae novae » veluti segmentum, in qua iustitia habitat?[89] Quomodo autem iungitur cum *Christi resurrectione,* si verum est multiplicem operis humani fatigationem esse crucis Christi particulam? Huic quoque interrogationi nititur Concilium respondere haurienda luce ipsis ex fontibus verbi revelati : « Monemur sane nihil prodesse homini, si universum

[86] Cfr. *Lc.* 9, 23.

[87] Conc. Oec. Vat. II, Const. past. *Gaudium et Spes* de Ecclesia in mundo huius temporis, 38: *AAS* 58 (1966), pp. 1055 s.

[88] Cfr. *2 Pe.* 3, 13; *Apc.* 21, 1.

[89] Cfr. *2 Pe.* 3, 13.

mundum lucretur, seipsum autem per dat (cfr. Lc. 9, 25). Exspectatio tamen novae terrae extenuare non debet, sed potius excitare, sollicitudinem hanc terram excolendi, ubi Corpus illud novae familiae humanae crescit quod aliqualem novi saeculi adumbrationem iam praebere valet. Ideo, licet progressus terrenus a Regni Christi augmento sedulo distinguendus sit, in quantum tamen ad societatem humanam melius ordinandam conferre potest, Regni Dei magnopere interest ».[90]

Hisce in meditationibus humani laboris studuimus nos ea omnia extollere, quae sunt necessaria visa, cum per laborem debeant in terris duplicari non tantum « industriae nostrae fructus », verum etiam humana dignitas, communio fraterna et libertas.[91] Quicumque verbum Dei viventis audit christianus sociatque cum precibus opus, necesse est ipse sciat quem denique obtineat locum opus suum non in sola *progressione terrestri* rerum sed etiam *in Regni Dei incremento,* ad quod universi nos Spiritus Sancti virtute verbisque Evangelii vocamur.

Huic denique considerationi finem imponentibus gratum est nobis Benedictionem Apostolicam, caelestium donorum auxiliorumque auspicem, Vobis, Venerabiles Fratres, ac dilecti filii et filiae, amantissime in Domino impertire.

Hae Litterae, quas apparaveramus ut praeteritis Idibus Maiis foras darentur, nonagésimo anno expleto ab editis Encyclicis Litteris *Rerum Novarum,* potuerunt a nobis tunc solummodo terminali ratione recognosci, postquam valetudinarium reliquimus.

Datum ex Arce Gandulfi, die xiv mensis Septembris, in festo Exaltationis Sanctae Crucis, anno MDCCCCLXXXI, Pontificatus nostri tertio.

IOANNES PAULUS PP. II

[90] Conc. Oec. Vat. II, Const. past. *Gaudium et Spes* de Ecclesia in mundo huius temporis, 39: *AAS* 58 (1966), p. 1057.

[91] *Ibid.*

CONSTITUTIO APOSTOLICA

MONOECENSIS

Monoecensis dioecesis ad gradum archidioecesis evehitur adhuc Romanae Sedi immediate subiecta.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

3. Je me réjouis vivement, Messieurs les Académiciens, du thème que vous avez choisi pour votre Session plénière qui commence aujourd'hui même : « L'impact de la biologie moléculaire sur la société ». J'apprécie les avantages qui résultent — et qui peuvent résulter encore — de l'étude et des applications de la biologie moléculaire, complétée par d'autres disciplines comme la génétique et son application technologique dans l'agriculture et dans l'industrie, et aussi, comme on l'envisage, pour le traitement de diverses maladies, dont certaines de caractère héréditaire.

J'ai une ferme confiance dans la communauté scientifique mondiale,

et d'une manière toute particulière dans l'Académie pontificale des Sciences, certain que grâce à elles le progrès et les recherches biologiques, comme du reste toute autre recherche scientifique et son application technologique, s'accompliront dans le plein respect des normes morales, en sauvegardant la dignité des hommes, leur liberté et leur égalité. Il est nécessaire que la science soit toujours accompagnée et contrôlée par la sagesse qui appartient au patrimoine spirituel permanent de l'humanité et qui s'inspire du dessein de Dieu inscrit dans la création avant d'être ensuite annoncé par sa Parole.

Une réflexion qui s'inspire de la science et de la sagesse de la communauté scientifique mondiale doit éclairer l'humanité sur les conséquences — bonnes et mauvaises — de la recherche scientifique, et spécialement de celle qui concerne l'homme, afin que, d'une part, on ne se fixe pas sur des positions anticulturelles qui retardent le progrès de l'humanité, et que d'autre part on n'offense pas ce que l'homme a de plus précieux : la dignité de sa personne, destinée à un vrai progrès dans l'unité de son être physique, intellectuel et spirituel.

4. Un autre sujet a retenu ces jours-ci l'attention de certains d'entre vous, savants éminents de diverses parties de la terre convoqués par l'Académie pontificale des Sciences : c'est celui des maladies parasitaires qui frappent les pays les plus pauvres du monde et sont un grave obstacle à la promotion de l'homme dans le cadre harmonieux de son bien-être physique, économique et spirituel. Les efforts en vue d'éliminer le plus possible les fléaux provoqués par les maladies parasitaires dans une bonne partie de l'humanité sont inséparables de ceux qu'il faut faire en faveur du développement socio-économique des mêmes populations. Les hommes ont normalement besoin d'une santé suffisante et d'un minimum de biens matériels pour pouvoir vivre dignement selon leur vocation humaine et divine. C'est pour cela que le Christ Jésus s'est tourné avec un amour infini vers les malades et les infirmes, et qu'il a guéri miraculeusement quelques-unes des maladies dont vous vous êtes occupés ces jours derniers. Que le Seigneur inspire et assiste l'activité des savants et des médecins qui consacrent leur recherche et leur profession à l'étude et au besoin des infirmités humaines, spécialement des plus graves et des plus humiliantes !

5. A côté du thème des maladies parasitaires, l'Académie a abordé le problème d'un fléau d'une ampleur et d'une gravité catastrophiques qui

pourrait atteindre la santé de l'humanité si un conflit nucléaire venait à éclater. Outre la mort d'une bonne partie de la population mondiale, un conflit nucléaire pourrait provoquer des effets incalculables sur la santé des générations présentes et futures.

L'étude pluri-disciplinaire que vous vous apprêtez à accomplir ne pourra pas ne pas constituer pour les Chefs d'Etat un rappel de leurs immenses responsabilités et susciter dans l'humanité entière une soif toujours plus ardente de concorde et de paix: cette aspiration vient du plus profond du cœur humain, et aussi du message du Christ qui est venu apporter la paix aux hommes de bonne volonté.

En vertu de ma mission universelle, je veux me faire encore une fois l'interprète du droit de l'homme à la justice et à la paix, et de la volonté de Dieu qui désire voir tous les hommes sauvés. Et je renouvelle l'appel que je lançais à Hiroshima le 25 février dernier : « Engageons-nous solennellement, ici et maintenant, à ne plus jamais permettre (et encore moins rechercher) que la guerre soit un moyen de résoudre les conflits. Promettons à nos frères en humanité de travailler sans nous lasser au désarmement et à la condamnation de toutes les armes atomiques. Remplaçons la domination et la haine par la confiance mutuelle et la solidarité».

6. Parmi les efforts à accomplir pour la paix de l'humanité, il y a celui qui vise à garantir à tous les peuples l'énergie nécessaire à leur développement pacifique. L'Académie s'est occupée de ce problème durant la Semaine d'études de l'année dernière. Je suis heureux de pouvoir remettre aujourd'hui la Médaille d'or de Pie XI à un savant qui a contribué d'une manière notable, par sa recherche dans le domaine de la photochimie, à l'utilisation de l'énergie solaire. Il s'agit du Professeur Jean-Marie Lehn, du Collège de France et de l'Université de Strasbourg, auquel j'exprime mes vives félicitations.

A vous tous, Messieurs, j'adresse mes sincères compliments pour le travail que vous accomplissez dans la recherche scientifique. Je prie le Dieu Tout-Puissant de vous bénir, vous, vos familles, ceux qui vous sont chers, vos collaborateurs, et toute l'humanité pour laquelle, par des routes diverses mais convergentes, vous et moi accomplissons la mission qui nous a été confiée par Dieu.

II

Iis qui plenario coetui Pontificii Consilii pro Laicis interfuere in Arce Gandulfi coram admissis.*

Chers amis du Conseil pontifical pour les Laïcs,

1. C'est toujours pour moi une très grande joie de vous recevoir à l'occasion de votre Assemblée plénière annuelle, vous tous, membres, consulteurs et personnel du secrétariat, rassemblés comme une famille autour de votre président, le Cardinal Opilio Eossi. Je pourrais même dire que nous nous retrouvons entre ((vieux amis », puisque, il y a peu d'années encore — même s'il nous semble qu'il s'agit du passé —, j'étais consulteur du Conseil des laïcs. Aujourd'hui, j'aperçois parmi vous des visages bien connus. Par contre, d'autres personnes, avec lesquelles nous avons travaillé et dont nous gardons un souvenir très cher, nous ont précédés dans la maison du Père, où, nous l'espérons, elles contemplent le Seigneur face à face. Et puis il y a vous tous, que je porte également dans mon cœur et que, chaque année, votre Assemblée me donne l'occasion de connaître davantage.

Je voudrais, d'abord, tous vous remercier pour le précieux service que vous rendez au successeur de Pierre en collaborant, d'une façon spécifique, à son ministère pastoral, c'est-à-dire en promouvant et en orientant la participation des laïcs à la vie et à la mission de l'Eglise. Il s'agit là d'une tâche immense que nous a léguée le grand événement conciliaire : permettre à un nombre toujours croissant de chrétiens de s'engager à vivre, de façon consciente et cohérente, leur sacerdoce de baptisés, en tant que pierres de l'édifice ecclésial, membres du Corps du Christ, citoyens et protagonistes de son peuple pèlerin.

Je vous remercie également et, à travers vous, je remercie tous les mouvements et les associations, les conseils et les groupes de laïcs du monde entier qui, par l'intermédiaire du Conseil pontifical pour les laïcs, m'ont envoyé de si nombreux et si chaleureux messages de communion à mon épreuve. Ces messages furent pour moi d'un grand réconfort. En retour, je vous charge de dire à vos époux et à vos épouses, à vos enfants, à vos collègues de travail, aux membres des associations et des mouvements auxquels vous appartenez, aux membres des communautés où vous vivez que le Pape les aime, qu'il leur demande

* Die 5 m. Octobris a. 1981.

d'être unis à lui, qu'il a besoin de cette unité exprimée dans la prière et le partage d'intentions communes.

Oui, plus que jamais, nous devons donner le témoignage de notre unité profonde et inébranlable en une Eglise, sereine et plus mûre, ferme et vivante, joyeuse et pleine d'espérance, face aux tâches élevées qu'exige l'evangelisation et aux défis historiques qu'elle doit affronter, alors que cette Eglise chemine entre les persécutions du monde et les consolations de Dieu.

2. Vous avez voulu centrer le thème de l'Assemblée plénière du Dicastère sur des aspects particuliers de la vocation primordiale des laïcs chrétiens, à savoir, «la gérance des choses temporelles qu'ils ordonnent selon Dieu »,[1] l'imprégnation par l'esprit évangélique des multiples structures de la vie sociale.

Déjà mon prédécesseur Paul VI, dans sa remarquable exhortation apostolique *Evangelii Nuntiandi,* avait souligné, dans la ligne du Concile, que la «vocation spécifique» et la «forme singulière d'évangélisation » du laïcat se réalisaient à travers des tâches variées accomplies dans l'ordre temporel, afin de mettre « en oeuvre ... toutes les possibilités chrétiennes et évangéliques cachées, mais déjà présentes et actives dans les choses du monde ».[2] U y a là une urgence : le laïcat catholique doit être à la hauteur des exigences que requiert, par sa présence originale, le renouvellement des divers domaines de la vie et du travail humains.

Au cœur des situations et des problèmes où se joue l'avenir de l'homme, il doit, en particulier, être le témoin d'une humanité nouvelle, créer de nouveaux espaces où l'on puisse faire l'expérience de la fraternité, nourrir son imagination créatrice du dynamisme de l'Evangile, donner l'exemple du sacrifice généreux — comportant le difficile équilibre entre prudence et courage — de ceux qui combattent pour ouvrir au Christ, Seigneur de l'histoire, les portes du cœur de l'homme, de la culture des peuples, de l'avenir des nations, d'un nouvel ordre international. L'Eglise a besoin de laïcs qui soient des hérauts de l'Evangile, afin que ce dernier pénètre tout le tissu de la vie sociale, en constitue la trame, base de la «civilisation de l'amour», elle-même signe précurseur de la venue du Seigneur, et donc de la plénitude du Royaume.

Aussi, espérons dans les laïcs, ayons confiance en eux, encourageons-les à s'engager, de sorte que soit dépassée une certaine vision déformée

[1] *Lumen Gentium,* 31.

[2] N. 70.

du sacerdoce qui obscurcit le sens du ministère pastoral, quand le prêtre succombe à la tentation de devenir un leader sur le plan politique, syndical ou social.

3. Parmi les vastes champs d'action du laïcat chrétien, votre Assemblée en a retenu trois fondamentaux : la famille, le travail, la culture.

Encore une fois, je vous remercie de votre choix; il exprime votre désir de faire vôtres certaines des préoccupations majeures de mon pontificat, de les prendre en compte et de les concrétiser.

La famille, le travail et la culture sont trois axes essentiels autour desquels se tisse la vie de l'homme, se réalise son humanité, se construit sa personnalité chrétienne de fils de Dieu, frère de ses semblables et maître de la création. Ce sont des lieux universels, déterminants pour le développement intégral de l'homme et l'apport original de l'Evangile à la vie sociale ; ce sont des lieux qui interpellent.

Vous comprendrez qu'il ne m'est pas possible, ici, de parler en détail de leurs immenses possibilités, ni des problèmes et défis qu'ils posent.

Mais je voudrais vous rappeler l'importance — dont vous êtes sans aucun doute conscients — de l'option préférentielle faite par le magistère pontifical et le magistère episcopal en faveur de la famille, lieu originel de l'homme, cellule de base de la société, berceau de la civilisation, communauté appelée à être Eglise domestique. Et je voudrais aussi vous recommander de puiser abondamment à l'héritage si riche que nous a laissé le récent Synode des évêques. Sachez que c'est en considérant le caractère prioritaire de la pastorale familiale que j'ai senti la nécessité de créer le Conseil pontifical pour la famille qui, sans aucun doute, pourra compter sur la collaboration active de votre Dicastère.

Pour toutes les questions regardant le travail, je me permets de vous renvoyer à ma récente encyclique *Laborem exercens.* D'ailleurs, comme l'indique votre programme, son contenu sous-tend vos travaux. Les sujets qu'elle traite revêtent pour moi aujourd'hui une grande importance. C'est pourquoi je vous encourage non seulement à l'étudier attentivement, mais à la mettre en pratique, car sa fécondité est soutenue et sera prolongée par l'engagement ecclésial et chrétien des laïcs dans le monde du travail. Ouvrez vos yeux et voyez : les temps sont mûrs pour que l'Evangile porte toujours davantage de fruits dans les divers secteurs du monde du travail et les mouvements de travailleurs, alors que sont en crise les sociétés de tous genres s'occupant de l'organisation du travail et se basant sur le matérialisme et 1'« économisme », et qu'appa-

raissent illusoires les utopies de salut qui ne respectent pas les virtualités et toutes les dimensions de l'humanité.

Je vous invite aussi à contribuer de toutes vos forces au renouvellement de la culture qui, comme expression de l'homme intégral, doit être à son service, enracinée dans les meilleures traditions des peuples et des nations, ouverte à la transcendance et basée aussi bien sur les coutumes populaires que sur les plus nobles réalisations scientifiques et techniques. Seul ce renouvellement sera capable de donner un nouveau sens à la vie humaine, de faire naître de nouveaux projets et de nouvelles espérances sur les plans personnel et collectif, de conduire vers des lendemains plus dignes de l'homme.

Et maintenant, à vous tous ici présents, à vos familles et, à travers vous, à tous les laïcs assurant de multiples formes de présence dans l'Eglise et le monde, je donne, avec toute mon affection paternelle et fraternelle, ma Bénédiction Apostolique.

NUNTII GRATULATORII

I

VENERABILI FRATRI NOSTRO CONRADO S.R.E. PRESBYTERO CARDINALI URSI, ARCHIEPISCOPO NEAPOLITANO.

Qui abhinc quinquaginta annos sacerdos es factus, Venerabilis Frater Noster, mox huius eventus memoriam recoles ; non solum tamen tibi ipsi repraesentando quanta tunc fuerit laetitia, qui motus animi in Deum, quae proposita; sed etiam, quin immo praesertim, quae exinde manaverint considerando. Cum enim non inanis honor sit sacerdotium, sed sacramentum hominem Deo pro hominibus consecrans, ideoque quandam instituat vivendi et agendi rationem ad divinum in terris instaurandum regnum et salutem, legitima sit et iucunda recordatio, si illud integra vita et opera salutifera sint secuta. Quoniam autem non dubitamus quin tibi tam longi temporis spatium mente repetenti gaudium sit bonae conscientiae, en Nos his Litteris adsumus testificantes te sacerdotio tuo esse optime functum : idque ut idem gaudium multiplicetur. Novimus namque te, continenter memorem sacerdotalis officii, ad hoc tuos aptasse mores et operam; hocque et studiosius et efficacius, postquam receptus episcopatus aucto muneri et auctae potestati te voluit esse parem. Inde manet imago tua, vita et indole et navitate efficta, manet

forma ministerii tni in rebus gestis dioecesis Neritonensis, archidioecesim Acheruntinae et Neapolitanae : imago nempe boni pastoris, ab ipso Christo ovium amorem docti; forma denique ministerii ad tempora, ad fidelium necessitates, ad mutatas civilis et christianae societatis condiciones accommodata. Hacque in re, si quid regiminis tui Neritonenses, Acheruntini et Neapolitani singillatim proprium sibi vindicant, omnes tamen commune habent impigrum studium tuum, sollertem industriam, vigilem curam, quasi quandam hereditatem, unde hauriant ad animos alendos et ad vias suas dirigendas, cum et praebitum exemplum et facta cibus quodammodo sint et lux, quibus spiritus enutriuntur, ut vivant, et illuminantur, ut ambulent. Quae laudes eo magis probandae sunt et mirandae, quod non sine difficultatibus fuerunt, nec sine magnánima fortitudine partae, cum ipse diuturnus virium usus saepe et optimos quosque viros fatiget. Qua re tibi gratulamur. Venerabilis Frater Noster, hunc bonae dominici gregis administrationis thesaurum, et etiam hortamur velis indefessus pastorale opus pergere, gratus in Deum, qui te ex multis electum ad illud vocavit et fecit ut eidem decori esses et Ecclesiae, quique te diu adhuc incolumen servet, detque videas plurimos labori tui fructus illo cum delectamento quo afficiuntur messores copiosas secantes fruges.

Quae impetrabilia faciat Apostolica Benedictio, quam libentissime tibi impertimus et omnibus qui quoquo modo huius tui optatissimi diei festi partem habebunt.

Datum Romae, die iv mensis Iulii, anno **MCMLXXXI**, Pontificatus Nostri tertio.

IOANNES PAULUS PP. II

II

VENERABILI FRATRI NOSTRO MAXIMILIANO S. R. E. PRESBYTERO CARDINALI DE FURSTENBERG.

Quinquagesimam anniversariam memoriam es celebraturus, Venerabilis Frater Noster, illius diei quo, Divini Salvatoris auxilio confisus, sacerdotio es auctus, neque facere possumus quin, hac oblata occasione, tibi tam longum tempus in sacro munere exercendo insumptum ex animo gratulemur. Etenim omnibus patet praecipua inter dona, quae divinitus hominibus obveniunt, censendum esse sacrum presbyteratus ordinem.

Novimus quanta cum sedulitate sacerdotium, quod ad plenitudinem

est evectum et Patris Cardinalis dignitate decoratum, in vitae itinere obieris : nam et magister exstitisti doctus et peritus in collegio Antverpiensi atque in Seminario Maximo Mechliniensi, et rectorem egisti navum et benevolum Pontificii Instituti Belgici in Urbe; novimus nominatim sollertiam et fidei studium, quibus Apostolicae huic Sedi deservieris, prius ut Summi Pontificis Legatus in Iaponia, in Australia et in Lusitania, dein ut Praeses Sacrae Congregationis pro Ecclesiis Orientalibus. Singula enim officia, quae in longo operae tuae curriculo prospere explevisti, praeclare illuminant ipsius sacerdotalis tuae pietatis, ardoris et sedulitatis magnitudinem. Profecto, Servator Noster, gloria sacerdotum, fortitudo tua fuit, atque in te « lucem suam et virtutem suam emisit abunde)) (cfr. *Ps.* 42, 1-2).

Nunc autem, Ordinis equestris Sancti Sepulchri Hierosolymitani Magnus Magister, pergis praestantem operam tuam et vires dedere iis, quos Ecclesia mater tibi consilio et prudentia regendos tradidit.

Accipe ergo hanc mentis Nostrae significationem de tuo presbyteratu, qui peculiari modo hoc mense celebrabitur ; accipe etiam cohortationem fraternam, ut pro tot divinae erga te providentiae beneficiis gratias in exemplum referas congruentes Ei, a quo ingenium, praesidia et impulsus omnes recepisti.

Omnipotenti Deo laus : tibi vero consolatio ex boni operis conscientia, quam augere tibi optamus mittenda hac epistula.

Caritatis qua tecum devincimur pignus, caelestiumque munerum, quae in hoc singulari vitae tuae eventu optamus, auspex sit Apostolica Benedictio, quam volentes largimur tibi, Venerabilis Frater Noster, iisque omnibus quos diligis, quique te diligunt.

Datum Romae, die VIII mensis Augusti, anno MCMLXXXI, Pontificatus Nostri tertio.

IOANNES PAULUS PP. II

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Sacra Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit. Videlicet :

die 29 Iulii 1981. — Cathedrali Ecclesiae Ozamisanae Exc.mum P.D. Jesum Dosado, hactenus Episcopum titularem Nabalensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Germanicianensi R. D. Philomenum Bactol, rectorem Seminarii dioecesis Palensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Cypriani Urgel Villahermosa, Episcopi Palensis.

die 1 Octobris. — Titulari episcopali Ecclesiae Thuccaborensi R. D. Christianum Noel, e clero archidioecesis Cebuanae, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Patricii Cronin, Archiepiscopi Gagayani.

*die **Jf** Septembris.* — Titulari episcopali Ecclesiae Insulae Cathensi, R. D. Ioannem Heaps, e clero dioecesis Sydneyensis, quem deputavit Auxiliarem Em.mi P. D. Iacobi S. R. E. Cardinalis Freeman, Archiepiscopi eiusdem Sedis.

die 21 Septembris. — Cathedrali Ecclesiae Bellevillensi, Exc.mum P. D. Ioannem Wurm, hactenus Episcopum tit. Plestiensem.

die 8 Octobris. — Cathedrali Ecclesiae Gaylordensi, R. D. Robertum Rose, e clero dioecesis Grandicataractensis in Michigania.

— Titulari episcopali Ecclesiae Mididitanae R. D. Bosco Vivas Róbelo, hactenus Vicarium Generalem Managuensem, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Michaelis Obando Bravo, Archiepiscopi Metropolitae eiusdem sedis.

die 19 Octobris. — Cathedrali Ecclesiae Mazatlanensi Exc.mum P. D. Raphaelem Barraza Sánchez, hactenus Episcopum titularem Drivastensem et Auxiliarem archidioecesis Durangensis.

SACRA CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

DECRETUM

SANCTI IOANNIS - IMATELLURAN.

De mutatione denominationis necnon de Concathedralis erectione.

Plures in Mari Caribico Insulae una simul constituunt Dioecesim Sancti Ioannis — Metropolitanae Ecclesiae Castriensis suffraganeam — cuius Cathedram Episcopalem Summus Pontifex Paulus VI, felicis recordationis, per Constitutionem Apostolicam *Cum Nobis qui universae,* die decimo sexto mensis Ianuarii anno Domini 1971 datam, a principe urbe insulae Antiguae, vulgo Saint John's ponendam mandavit.

Cum autem in eadem Sancti Ioannis circumscriptione ecclesiastica, inter alias Insulas, exstet Insula Sancti Christophori, vulgo Saint Kitts seu Saint Christopher, nunc civiliter *Status Associatus* constituta, una cum Insula vulgo dicta Nevis, opportunum visum est ut ipse Episcopus Sancti Ioannis appellari etiam possit et debeat Imatelluranus, e loco principe vulgo Basseterre in Insula Sancti Christophori.

Itaque, per praesens Decretum huius Sacri Consilii Christiano Nomini propagando, auditis quorum interest, Sanctissimus Dominus Noster Ioannes Paulus Divina Providentia PP. II, ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae fuerint, Dioecesi nomine Sancti Ioannis denominationem Imatelluranam addere dignatus est, ita ut idem Episcopus nuncupari possit et debeat Episcopus Sancti Ioannis-Imatelluranus, vulgo ((Saint John's-Basseterre » data facultate ut Concathedra Episcopalis rite erigatur in templo principali Immaculatae Conceptioni Beatae Mariae Virginis dicato, et in urbe Imatellurana erecto. Haec ad effectum adducat Exc.mus ac Bev.mus Dominus Paulus Fouad Tabet, Archiepiscopus titulo Sinnensis atque Apostolicus in Antillis Delegatus ; re vero acta, documenta exarentur quorum sincera exempla ad hoc Sacrum Dicasterium mittantur, de more signata sigilloque impressa.

Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die 21 mensis Iunii anno Domini 1981, in Sollemnitate Sanctissimi Corporis et Sanguinis Christi.

AGNELLUS Card. Rossi, *Praefectus*

L. © S.

Sac. Titianus Scalzotto, *Subsecret.*

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

TARNOVIEN.

Beatificationis seu Declarationis martyrii Servae Dei Carolinae Kózka, Virginis saecularis (1898-1914).

SUPER DUBIO

An eius Causa introducenda sit.

« Pueri quoque propriam habent apostolicam actuositatem. Secundum vires suas veri sunt testes viventes Christi inter socios » *(Apostolicam Actuositatem,* n. 12).

Quae verba Concilii Vaticani II mirum in modum apostolicam actuositatem puellae Carolinae Kózka illustrant. Etenim Serva Dei, quae iuvenili aetate sexdecim annorum in Polonia uti flos campi spiritualis vivens, militis gladio caesa est, inde a pueritia «testis vivens fuit Christi inter socios » oratione multa, labore indefesso, pueritiae studiis atque bonis operibus.

Carolina Kózka, quarta ex undecim progenitis filiis a pauperibus at honestis parentibus Ioanne et Maria Borzecka in pago Wal-Ruda,

intra Tarnoviensis fines dioeceseos, die 2 Augusti anno 1898 in lucem edita et suscepta est. Pii genitores postridie in paroeciali ecclesia Eadlovensi infantem sacris Christianis initiandam curaverunt eique nomen Carolinae imposuerunt.

Tota eius familia propter probitatem, pietatem, religiosam observantiam, caritatem atque apostolicum zelum apud convicanos gratia floruit. Cum paroecialis ecclesia 7 km. distaret, in domum familiae Kózka omnes vicini ad orandum ac laudes Domini coñcinandas conveniebant. Famula Dei sub piae matris ductu religiosam institutionem suscepit et laboris studium didicit. Ambitu familiari favente inde ab incunabulis in viam virtutum introducta est atque progrediente aetate ipsa « secundum vires suas » in sanctimonia progrediebatur, sive qua puella discens, sive qua domesticis et agrestibus curis addicta, sive demum qua christifidelis et «testis vivens Christi».

A septimo vitae anno usque ad tertium decimum scholam localem frequentavit et docilitate, diligentia et urbanitate erga magistros atque condiscipulos inter maxime ingenio praeditos et tranquillos scholae discipulos promeruit annumerari ; potissimum in religionis studio omnibus anteivit indeque praemiis propter eminentem scientiam catechismi saepius donata est. Sacramenta Paenitentiae et Communionis iuxta paroeciae mores a secundo scholari anno magno cum fervore exercebat. Cum exstructa est ecclesia in *Zabawa,* pago 4 km. distante a familiari Famulae Dei nido, ipsa cum matre non tantum diebus dominicis sed etiam per hebdomadam alternis diebus, scilicet mater altera, Carolina altera die sacrum templum adibat, ut Missae assisteret Sacramque Communionem susciperet.

Scholari sexennio absoluto, scholam adivit supplementärem, ut humaniora studia compleret praesertimque religiosam institutionem perficeret. Quam postea augere indesinenter curavit sacros et religiosos libros legendo ac vitas sanctorum meditando.

Apostolico zelo ardens variis sodalitatibus religiosis se adscripsit, uti Eosario Vivo, Apostolatui Orationis, Societati Abstinentiae, quorum officia diligentissime adimplevit et uti zelatrix ab aliis sodalibus adimpleri fecit. Quam ob apostolicam actuositatem plurima merita et laudes sociorum acquisivit, virtute pietatis splenduit, ceteros ad viam virtutum currendam traxit. Aliis puellis socia fuit exemplaris, easdem bono exemplo aedificans ; egenos verbo et opere locupletavit ; multos ad operandum bonum apostolico zelo induxit.

Fidem suam variis modis manifestabat. Erga SS. Sacramentum Eu-

charistiae, Passionem D.N.I.C, SS. Cor Iesu peculiarem habuit devotionem. Saepe ecclesiam frequentabat, Missam audiebat, Communionem recipiebat, Viam Crucis peragebat, potissimum temporibus Adventus et Quadragesimae. Filialem devotionem erga B. V. Mariam colebat, Rosarium Mariale portando et saepius recitando, mensibus Maio et Octobri functionibus in honorem Deiparae assistendo.

Amore Dei flagrans vires suas pueriles confortare voluit supernaturali gratia ideoque die 18 Maii anno 1914 Sacramentum Confirmationis devotissime suscepit. Quo sane sacramentali auxilio puella virgo indigebat, quia Christus, virginum Sponsus, Servam suam ad invictam virginalis virtutis defensionem vocavit.

Etenim die 18 Novembris a. 1914 miles quidam exercitus russici, sub praetextu exquirendi viam qua abiissent Austriaci milites, domum familiae Kózka intravit atque armor um minis Carolinam eiusque patrem in vicinam silvam abduxit, ubi ad marginem saltus patrem minis ad domum reverti iussit ac solam puellam reluctantem vi coegit ut prorsus ei cederet. Paulo post duo iuvenes puellam cum milite viderunt conluctantem idque genitoribus retulerunt. Omnes inquisitiones vanae exstiterunt. Tandem casualiter die 4 Decembris eodem anno 1914 corpus Carolinae exánime et mortiferis plagis sauciatum inventum est. Statim communis efformata est persuasio puellam interfectam fuisse, quod nollet virginitatem laedere. Ad populi instantiam, inspectione corporis peracta, claustrum virginitatis intactum fuit inventum.

Servae Dei corpus in communi coemeterio paroeciali, praesente numerosa turba ex finitimis etiam paroeciis, humatum est. Funeri milites quoque Russici interfuere, persuasi se Servam Dei venerari debere uti martyrem in defendenda castitate.

Tertio anniversario ab eius morte, die 18 Novembris 1917, exuviae Famulae Dei e communi conditorio ad novum sepulchrum iuxta ecclesiam paroecialem magno populi concursu translatae sunt.

Fama sanctitatis et martyrii percrebrescente hodiernus Episcopus Tarnoviensis, Exc.mus ac Rev.mus Dominus Georgius Ablewicz, Processum Informativum super fama martyrii eiusque causa, super non cultu et super scriptis Servae Dei, annis 1965-1967 instruxit, Romamque transmisit.

Servatis omnibus de iure servandis, instante Rev.mo P. Michaele Machejek, O. C. D., Causae postulatore legitime constituto, deventum est ad Congressum Peculiarem Sacrae huius Congregationis pro Causis Sanctorum, die 3 mensis Februarii anno 1981 habitum, in quo discepta-

tum est super dubio : « An Causa Servae Dei Carolinae Kózka introducenda sit». Et sufiragatores omnes, uno excepto, censuerunt Causam introducendam esse, et quidem per viam martyrii. Die autem 28 Aprilis anno 1981, ponente seu relatore Em.mo ac Rev.mo Domino Vladislao Rubin, Congregatio Peculiaris Patrum Cardinalium habita est, in qua dimidia pars Em.morum Patrum fuit pro prosequenda Causa per viam martyrii, altera vero dimidia pars censuit Causam per viam virtutum esse prosequendam, si Summo Pontifici placuisset.

Facta denique de hisce omnibus, die 4 Maii eodem anno, Summo Pontifici Ioanni Paulo II per infrascriptum Cardinalem Praefectum relatione, Sanctitas Sua edixit Causam praefatae Servae Dei esse introducendam. Voluit autem Summus Pontifex ut, concessa dispensatione a condendo processu apostolico in eadem Causa, Positio super martyrio appararetur; quodsi martyrii via optatum exitum non haberet, procederetur per viam virtutum.

Datum Romae, die 4 Maii A. D. 1981.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

L. *m* **S.**

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza:

Lunedi, 12 Ottobre 1981, il Signor VIRGIL **C.** DECHANT, **Cavalière Supremo dei Cavalieri di Colombo.**

Martedi, 13 Ottobre 1981, S. E. il Signor JÓZEF CZYREK, **Ministro degli Aftari Esteri delia Repubblica Popolare di Polonia.**

Giovedi, 22 Ottobre 1981, alla presenza del Santo Padre, si è riimita la Pontificia Commissione per la revisione del Codice di Diritto Canonico.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Breve Apostolico il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato :

27 ottobre 1981. S. E. Mons. Luigi Bellotti, Arcivescovo titolare di Voncariana, *Pro-Nunzio Apostolico in Finlandia e in Islanda, nonché Delegato Apostolico in Scandinavia.*

Con Biglietti delia Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato :

29 setiembre 1981. Gli Em.mi Signori Cardinali Bernardin Gantin e Giuseppe Caprio, *Membri delia Sacra Congregazione per i Vescovi.*

30 » » S. E. Mons. Virgil P. Copas, M.S.C, Arcivescovo, Vescovo di Kerema, *Membro aggiunto delia Sacra Congregazione per VEvangelizzazione dei Popoli.*

» » » S. E. Mons. Gaetano Stamati, Vescovo di Lungro degli ítalo-Albanesi delPItalia Continentale, *Membro delia Pontificia Commissione per la Revisione dei Codice di Diritto Canonico Orientale.*

27 ottobre » S. E. Mons. Giuseppe Zabkar, Arcivescovo titolare di Viruno, *Consultore delia Segreteria di Stato.*

Protonotari Apostolici soprannumerari :

12 dicembre 1980. Mons. Philippe Delhaye (Namur).
4 giugno 1981. Mons. Johannes Overath (Köln).
12 » » Mons. Denis Doherty (Fresno).

Prelati d'Onore di Sua Santità.

3 marzo 1981. Mons. Gerónimo Marcellino (Lingayen-Dagupan).
18 » » Mons. Ludwig Jung (Rottenburg-Stuttgart).
» » » Mons. Rafael Rey (Mendoza).
14 aprile » Mons. Karl Otto Nussbaum (Köln).
4 maggio » Mons. Roger Kennedy (Maitland).
15 » » Mons. Stephen Sprajc (Hamilton).
30 » » Mons. Boceo Anthony (Camden).
» » » Mons. John Joseph Duffy (Camden).
» » » Mons. Edward Joseph McDaid (Camden).
» » » Mons. Leonard George Scott (Camden).
24 giugno » Mons. Gastone Lastrucci (Pistoia).
25 » » Mons. Francisco López Illana (Albacete).
3 luglio » Mons. Luigi Frizziero (Chioggia).
4 » » Mons. Joseph Rolland (Saint-Flour).
7 » » Mons. Mark Orestes Benvegnu (Salt Lake City).

Cappellani di Sua Santità:

6 febbraio 1981. Il sac. Franciscus Gössinger (Wien).
» » » Il sac. Joannes Koller (Wien).
16 » » Il sac. Heinrich Johannes Schneider (Köln).
» » » Il sac. Bruno Valentin Kusch (Köln).
» » » Il sac. Armin Teilmann (Köln).
27 » » Il sac. Paul Siebert (Köln).
18 marzo » Il sac. Angel Gimez (Mendoza).
.14 aprile » Il sac. Heinrich Matthias Kopf (Köln).
12 giugno » Il sac. Angelo Bonelli (Tortona).
15 » » Il sac. Giuseppe Esposito (Nola).
» » » Il sac. Aniello Maraño (Nola).
» » » Il sac. Mario Grone (Genova).
» » » Il sac. Angelo Cataldi (Genova).
» » » Il sac. Luigi Molinari (Genova).
17 » » Il sac. John J. Petillo (Newark).
26 » » Il sac. Gerardo Spagnuolo (Cava de' Tirreni).
21 agosto » Il sac. János Asztalos (Eger).

ONORIFICENZE

Oon Biglietti delia Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha conferito :

La Placea delVOrdine di san Gregorio Magno, classe civile:

15 maggio 1981. Al sig. Alfredo Marzano (Avellino).

La Commenda delV Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

11 aprile 1981. Al sig. John Henry De Rosen (Washington).
8 giugno 1981. Al sig. Ewald Giovanni Thul (Trier).
12 » » Al sig. Alfonso Pedicini (Roma).
20 » » AI sig. Emile Baas (Strasbourg).
3 luglio » AI sig. Bernardino Paganuzzi (Roma).
7 » » AI sig. Jordi Bonet (Barcelona).
26 agosto » AI sig. Franco Ghisellini (Novara).

Il Cavalierato delVOrdine di san Gregorio Magno, classe

14 novembre 1981. AI sig. Edmund Neudeck (Paderborn).
10 dicembre » AI sig. Hans-Georg Marohl (Köln).
17 gennaio » AI sig. Josef Fitzek (Köln).
11 aprile » AI sig. Emil Zimmermann (Köln).
12 giugno » AI sig. Matthias Baltz (Little Rock).
19 » » AI sig. Leslie Donald Lemieux (Providence).
» » » AI sig. John Sunderbruch (Davenport).
» AI sig. Paolo Trombetta (Roma).

La Commenda delVOrdine di san Süvestro Papa:

28 marzo 1981. AI sig. Alfred Thauer (Köln).
30 aprile » AI sig. Giovanni Ruggiero (Nola).
19 giugno » AI sig. Nicola Agrusti (Conversano-Monopoli)
26 » » AI sig. Salvatore Travagliante (Roma).
» » » AI sig. Antonio De Girolamo (Roma).
» » AI sig. Pietro Renai (Firenze).
3 luglio » AI sig. Michèle Angelo Leo (Firenze).
» » AI sig. Franco Bonomo (Andria).
4 » AI sig. Salvatore Pánico (Pesaro).

II Cavalierato delVOrdine di san Silvestro Papa:

6 agosto 1980. Al sig. Leo Lechleitner (Paderborn).
10 dicembre AI sig. August Wasmuth (Köln).

27 febbraio 1981. Al sig. Matthias Schneider (Köln).
» » » Al sig. Heinrich Szymczak (Köln).
18 marzo » Al sig. Alejandro Amoretti (Mendoza).
» » » Al sig. Pedro Romoli (Mendoza).
18 » » Al sig. Aniceto Pérez (Mendoza).
28 » » Al sig. Willi Dieter Osterbrauck (Köln).
13 aprile » Al sig. Nicholas G. Kerr (Adelaide).
» Al sig. John Anthony McDonald (Adelaide).
» » Al sig. Brian James Moylan (Adelaide).
» » Al sig. David John Schinnick (Adelaide).
17 giugno Al sig. Pio Rizió Zandegiacomo (Belluno-Feltre).
» » Al sig. Antonio Dellepiane (Genova).
19 » Al sig. Roberto Coglitore (Roma).
» » Al sig. Tiberio Zamponi (Roma).
3 luglio Al sig. Orazio Sipone (Andria).
4 » Al sig. Vicente Garcia-Lastra y Rivera (Mondofiedo-El Ferrol).
26 agosto » Al sig. Francesco Mariani (Faenza).

NECROLOGIO

1 ottobre 1981. Mons. Wendelin Joseph Nold, Vescovo già di Galveston-Houston *(Stati Uniti d'America).*
4 » » Mons. Ceslao Sipo vie, M.I.O., Vescovo tit. di Mariamme.
9 » » Mons. Benigno Chiriboga, S.J., Vescovo già di Latacunga *(Ecuador).*
19 » » Mons. Gabriel Bukatko, Arcivescovo già di Beograd, Amministratore Apostolico di Krizevci *(Jugoslavia).*
22 » » Mons. Joseph Gennangi, Vescovo tit. di Adana degli Armeni.
24 » » Mons. Matthew Beovich, Arcivescovo già di Adelaide *(Australia).*
» » » Mons. Konrad Kernweisz, Protonotario Apostolico s. n., Ordinario Sostituto di Timisoara *(Romania).*
26 » » Mons. Luis Guizar Barragán, Vescovo già di Saltillo *(Messico).*
29 » » Mons. Karl Joseph Leiprecht, vescovo già di Rottenburg *(Repubblica Federale di Germania).*

An. et vol. LXXIII 1 Decembris 1981 N. 10

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — ***Administratio:*** Librería Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

CONSTITUTIO APOSTOLICA

KIYINDANAE - MITYANANAE

Quibusdam locis ab archidioecesi Kampalaënsi separatis nova conditur dioecesis nomine Kiyindana-Mityanana.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ut «populi Dei saluti quam perfectissima fieri potest ministretur» (cf. Decr. Chr. Dom., 22) utque ipsum Christianum Nomen quam maxime propagetur, sapienter Apostolica haec Sedes, cum tempus necessitasque postulat, et ipsis dioecesium divisionibus et novarum constitutionibus providere solet. Hac de causa, ratam habentes sententiam Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide praepositorum, quae et votis eorum congruit quorum interest, libenter Nos, universae Ecclesiae praepositi ac particularium Ecclesiarum difficultatum votorumque participes, preces de nova in Uganda dioecesi constituenda Nobis nuper adhibitas censuimus esse audiendas hisque ipsis Litteris, Apostolica potestate Nostra expeditis, haec quae sequuntur decernimus atque iubemus. Ab archidioecesi Kampalaënsi loca seu civiles regiones seiungimus, quae vulgo *Qomba, Busujju, Buwekula* (Mubende), *Kiboga, Kassanda* et *Mityana* appellantur, ex iisque novam condimus dioecesim *Kiyindanam-Mityananam* dehinc appellandam, ean-

denique ipsi subiectam Metropolitanae Ecclesiae Kampalaënsi atque sub iurisdictione Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide positam. Eius autem episcopalem sedem collocari iubemus in ipsa urbe Mityana vulgo nuncupata templumque sub titulo SS. Martyrum Ugandae in urbe vulgo Kiyinda exstans ad eandem dignitatem evehimus, qua gaudent cathedralia templa. Quibus hic statutis ad effectum adductis, has Apostolicas Litteras et nunc et in posterum ratas esse volumus, contrariis quibuslibet haud obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die septimo decimo mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo primo, Pontificatus Nostri tertio.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*
Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 72882.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Apud civitatem Dominicae Apostolica excitatur Nuntiatura.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Quoniam conscii quidem Nobis universalis Nostri muneris procurandi hominum cunctorum salutem aeternam sedulo conferimus animi studium apostolatusque opus ad tutanda religionis ipsius ac societatis civilis bona per orbem terrarum, idcirco etiam dedita opera consuetudinem Apostolicae Sedis observandus, qua variis ea in Nationibus iam pridem curavit legationes suas et Nuntiaturas constituendas unde publicae coniunctionis vincula inter eas Civitates ac Sedem Apostolicam contracta roborarentur immo et magis usque prosperarentur in utriusque profecto partis emolumentum. Hac eadem de causa nunc ipsum ex consilio Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione, cuius est Nobis omnino probata sententia, de Apostolicae potestatis Nostrae plenitudine ac Litterarum harum virtute Nun-

tiaturam Apostolicam in civitate Dominica legitime condimus cuius rite sedes ibidem collocabitur. Ad novam vero hanc Nuntiaturam, uti addecet, singula officia deferimus necnon iura privilegia et indulta quae ad tales Apostolicae Sedis pertinent Legationes. Quae demum his Litteris ediximus statuimusque praeterea decernimus ut vim suam tam nunc quam tunc exserant. Contrariis rebus neutiquam adversantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die i mensis Septembris anno MCMLXXXI, Pontificatus Nostri tertio.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco £ß Sigilli

In Secret. Status tab., n. 12881.

II

Templum cathedrale Veszprimiense, in Hungaria, ad gradum et dignitatem Basilicae Minoris evehitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Templa Sanctorum quae toto orbe terrarum variis in nationibus surgunt singularibus privilegiis affici et honestari sane haec Apostolica atque Romana Sedes facile probat, maxime si quae aut ob egregia artis vestigia prae ceteris praestent, aut ob insignia pietatis monumenta christiano populo sint simul admirationi, simul incitamento ad virtutem. Nemo est enim qui egregia facta commemorans, non etiam ad altiora moveatur. Qua re, cum Venerabilis Frater Ladislaus Paskai, Episcopus Veszprimiensis, suo suorumque tum cleri tum fidelium nomine, iam ab hac Apostolica Sede petierit ut templum cathedrale suae dioecesis, Sancto Michaeli Archangelo dicatum, in Basilicis Minoribus annumeraretur, Nos considerato templum illud venerabile, a sanctis viris conditum, fuisse etiam a Sanctis celebratum et illustratum, atque proinde earum acceptumque esse omnibus ; pro certo insuper habentes posse hunc honorem, si concedatur, non nihil ad augendam religionem prodesse, aequo animo postulata tam Venerabilis Fratris accipimus, maxime cum templum Veszprimiense etiam arte praestet. Quae cum ita sint, iis comprobatis quae Sacra Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino, factis olim a Nobis potestatibus, hac de re censuit, placet Nobis templum cathedrale Veszprimiense de quo diximus Basilicis

Minoribus accenseri, cum iuribus atque liturgicis concessionibus rite competentibus, modo servata sint quae iuxta Decretum «De titulo Basilicae Minoris» die vi mensis Iunii, anno MDCCCCLXVIH factum, servanda sunt. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die ix mensis Septembris, anno MDCCCCLXXXI, Pontificatus Nostri tertio.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 71850.

EPISTULA

R. P. Praeposito generali Carmelitarum Disc, IV exeunte saeculo ab obitu sanctae Teresiae a Iesu.

DILECTO FILIO PHILIPPO SAINZ DE BARANDA, PRAEPOSITO GENERALI ORDINIS FRATRUM DISCALCEATORUM BEATAE MARIAE VIRGINIS DE MONTE CARMELO.

Dilecte Fili, salutem et Apostolicam Benedictionem,

Virtutis exemplum et magistra, sancta Teresia a Iesu die iv mensis Octobris anno MDLXXXII, eo ipso die, qui secundum Calendarium Gregorianum tunc ipsum inductum effectus est xv, haud quidem aetate gravis vel aegritudine infirmata, semper fervens spiritu et caritate ardens in Deum et Ecclesiam, Albae, intra Salmantinae dioecesis fines, ad Sponsum migravit. Longum iter, gratiae dono illustratum, veram videlicet « viam perfectionis » percurrens, qua ad ministerium amoris oratione se exercens expedita evasit et in « castellum animae » magis magisque penetravit, ea experiendo cognovit caritatem, quo arctius aliquem cum Deo coniungeret, eo vehementius impeliere, ut cum Ecclesia sentiret eique se devoveret. Liber, qui *De vita sua* inscribitur, pertinens ad contemplandum Deum vivum et ad opus condendorum monasteriorum secundum suam Carmelitarum reformationem, perspicue concluditur ratione amplius patente illi mysterio illique praesentiae, quorum Ecclesia est sacramentum. Sancta Teresia, cum moriens exclamavit : « Sum Ecclesiae filia », aperte ostendit spiritualem mentis suae habitum, ex. quo contemplatio Dei in Christo efficitur amans contemplatio eius Ecclesiae,

Deo se devovendi studium fit voluntas se devovendi Ecclesiae, immolatio sui ipsius propter Iesum transit in expletionem illorum, quae desunt eius Passioni ad utilitatem Corporis eius, quod est Ecclesia. Liber etiam *De via perfectionis,* quem scribere est aggressa obtutum in Iesu eiusque Ecclesia defigens (cfr. cc. 1-3), eadem terminatur « exclamatione », quae supra est dicta et qua absoluta ratio sentiendi cum Ecclesia, eam vivendo participandi, eam adiuvandi significatur, a sancta Teresia proposita ut fructus plenitudinis mysticae vitae (cfr. *CasteUum animae,* VII, 4, 4).

1. Hac veluti luce ecclesiali circunifusa, praeclara haec virgo, quattuor exactis saeculis ab obitu, comparet. Paulus VI, Decessor Noster rec. mem., cum illam anno MCMLXX Doctorem Ecclesiae renuntiaret, nuntium precandi studii, ab ea traditum, in medium protulit, ut eadem « maiore cum auctoritate munus suum salubre in ipsa sua Familia religiosa, in Ecclesia orante, in mundo impleret» (cfr. *AAS* 62 [1970], p. 592). Hoc temporis spatio et in hac animorum proclivitate ad renovationem, quae Concilium Vaticanum II sunt subsecuta, quartum saeculum expletum a sanctae Teresiae morte mentes efficaciter excitat ut ad suprema bona se convertant, quorum causa Teresia vitam consumpsit et quae eadem universalis Synodus hominibus nostrae aetatis exhibuit.

Rari exempli mulier aevum agitavit, quo Concilium Tridentinum celebrabatur, animo in Ecclesiam quam maxime intento, quem paene charismaticum dixeris. Ecclesiam nempe salutis habuit sacramentum (cfr. V *Mansiones,* 2, 3), quod in sacra Liturgia operatur (cfr. *De vita sua,* 31, 4), interposito munere mediatoris Hierarchiae et Sacerdotii proprio, ad cuius membra pertinet ut sint « lumina Ecclesiae ». Quam ob rem vult ut ea quae experitur et scribit, ab Ecclesia comprobentur et ut filiae suae huius doctrinam accipiant, plenam communionem cum Ecclesia eique obtemperationem servantes (cfr. *De via perfectionis,* Prol. ; *ibid.* 30, 4). Faciens quod docuit, de se ipsa haec potuit asseverare: ((semper fuit, quemadmodum etiam nunc est, in omnibus sanctae fidei catholicae subiecta, ad cuius incrementum orationes suas et monasteria, quae condidit, dirigit» (cfr. *Relationes,* IV, 6).

Quae verba eius amorem ecclesialem commonstrant, qui oratione et opere fervet. Admonitiones autem sollicitae, quas filiabus spiritualibus suis adhibuit, ut pro Ecclesia preces funderent seque immolarent, non solum proposita ecclesialia reformationis ab ea peractae in lumine ponunt, sed quodammodo etiam Carmelum eius peculiari nota insigniunt

(cfr. *De via perf.,* cc. 1-3) ; voluntatem significant omnibus viribus conitendi, ut Ecclesia magis in dies quasi Sponsam vultum sine macula aut ruga habentem se det conspiciendam (cfr. *Eph.* 5, 27). Teresia martyrium Corporis Christi divisi et profanati persentit (cfr. *De via perf.,* 1, 1-2) probeque intellegit amorem in Deum impeliere debere ad operandum magnanimiter pro Ecclesia. Haec eius sunt verba : « Amor quippe non in spirituali gustu consistit, sed in eo est positus ut maiore cum animi firmitate Deo in omnibus placere desideremus et quam possumus maxima contentione illum non offendere curemus eumque ferventissime rogemus, ut Filii eius unigeniti honor et gloria semper increscat Ecclesiaeque catholicae fines et termini latius extendantur» (cfr. IV *Mans.,* 1, 7). Qua de causa in libro, qui *De vita sua* inscribitur, post sermonem de iis institutum, qui Ecclesiae reapse deserviunt, exclamat : « Illae vitae felices, quae in hoc opere ponuntur » (40,15). Atque, dum summa afflictione et angore afficitur, intuens divisionem unius Corporis Christi, spiritus eius dilatatur, cum novos campos intuetur operi missionalium in America patentes (cfr. *Fundationes monasteriorum,* 1, 7). Profecto ei contemplan Christum idem valet atque contemplan Ecclesiam, quae, in tempore exsistens, illius res gestas et mysterium exprimit vi vendo. Sancta Mater, ipsa quidem <(paratissima mille vitas pro vel unius animae liberatione et salute ponere» *(De via perf.,* 1, 2), vult ut filiae suae, libenter se devovendo, acerbitates tolèrent, ut Dominus «Ecclesiam suam protegat » et ut ad hoc studia sua illae convertant. Sic enim eas affatur : « Si orationes, desideria, disciplinas et ieiunia ad eum, quem dixi, sco pum (id est ad Ecclesiam sacramque Hierarchiam) non dirigatis, certae estote et cogitate non facere vos nec adimplere finem, ad quem hoc in loco vos Dominus coadunavit » *(ibid.,* 3, 10).

Teresia cognovit vocationem suam officiumque suum esse precationem in Ecclesia et cum Ecclesia, quae est communitas orans, quam Spiritus Sanctus incitat ut cum Iesu et in Iesu Patrem adoret «in Spiritu et veritate » *(Io.* 4, 23 sq.). Meditans de Ecclesiae mysterio, illis temporibus « patientis », comprehensum habuit discidium unitatis, proditionem multorum Christianorum, morum corruptelam consideranda esse quasi recusationem, contemptum, profanationem amoris ; ad extremum, violatam esse amicitiam divinam. Homines, Ecclesiam non accipientes, non viventes cum ea, eius magisterium non secuti, Christum eiusque respuunt amorem. Quarum rerum haec est consecutio, qua reformatio Carmelitarum singulariter insignitur, quae tamen nullam sapit contentionem ac reclamationem, sed est veluti « amica Dei » : « omnia desideria mea id

spectabant... ut, cum Dominus tam multos habeat inimicos, amicos autem paucos, hi saltem pauculi boni essent; firmiter apud memet ipsam statui exiguum illud quod in me erat, praestare, evangelica scilicet consilia quam maxima possem perfectione sequi et operam dare ut pauculae illae, quae hic sunt, moniales idem facerent» (cfr. *De via perf.*, 1, 2).

Itaque de oratione ita sentit ut sit sequela magnánima Illius, qui ((tantopere nos dilexit» (cfr. *De vita sua,* 11, 1), ut «nihil aliud sit quam quoddam inter amicos colloquium et tractatio familiaris cum Deo, quocum secreto agimus et a quo nos scimus amari» (cfr. *ibid.,* 8, 5). Oratione scilicet nosmet ipsos caritati permittimus, quam Spiritus Sanctus diffundit in cordibus nostris socians nos ut fratres et amicos Iesu clamanti : « Abba, Pater ! » (cfr. *Rom.* 5, 5. 8, 15). Teresia persuasum sibi habet in preces fundente in Spiritu Sancto totam orare Ecclesiam. Unde fit ut quaevis veri nominis contemplatio superna, e fide et caritate exorta, sive in sacra Liturgia, sive in auditione et laudatione Dei, sive in tacita adoratione — quibus et Pater glorificatur et communio cum Iesu Christo initur — sit simul « auxilium" dulci Iesu meo » praebitum in Ecclesia, quemadmodum sancta virgo et magistra asseverat (cfr. *De via perf.*, 1, 5. 2).

Cum ergo aliquis orat, cum ex oratione vivit, cum in oratione Deum vivum experitur eique se tradit, tunc sic etiam afficitur ut Ecclesiam altius sentiat, in qua Christus arcanam praesentiam suam ope gratiae continuat ; is animadvertit summam fidelitatem erga Sponsam Christi urgeri ; is in animae penetralibus impellitur ut pro Ecclesia operetur viresque conterat suas. Cum oratio, amore Dei vehementius agente, arctam amicitiam cum Deo testatur eoque progreditur ut evadat coniunctio seu unio amoris — dum creatura voluntatem suam omnimode Amico divino permittit — tunc amicitia efficitur fermentum apostolicum, laetitiae causa pro Ecclesia et hominibus, quasi vox potentissima in Cor penetrans divinum et ad bonum totius Populi eius redundans (cfr. *De via perf.,* 32,12).

Haec nos docet sancta Teresia ea cum auctoritate, quae inest in illo, qui iter confecit, ex vitae usu comprehensum habens non esse amorem erga Christum quin amor evadat quo quis se Ecclesiae devoveat, neque esse observantem filiorum voluntatem in Ecclesiam, quae operibus ferventer patratis non ostendatur, vim et robur his afferente oratione.

Secundum ipsam orationis definitionem, a Teresia propositam, ex qua nempe haec est familiaris veluti congressio et collocutio cum Deo,

postulatur ut antea praesentia quaedam vivax attingatur, id est praesentia Eius qui auctor est illius congressionis in eaque primas partes iugiter agit tamquam amicus, qui loquitur, quamvis ((sine verborum strepitu » *(De via perf.,* 25, 2), ac modo se donat ineffabili. Sancta enim Teresia vitam orationis habet summam ostensionem vitae theologalis Christifidelium, qui, amori divino credentes, omnibus se exuunt rebus ut eius praesentiam amoris plenam, prorsus assequantur. Experientia Dei est illa quidem communio mirabilis cum eo, animus plane patens eius actioni una cum sápida quadam sapientia, a Spiritu Sancto infusa, dum mens et cor adhaerent Verbo Incarnato, ((suavi illi Iesu)), « portae », qua ad Patrem itur et per quam Pater alicui familiarem usum sui concedit : « per hanc portam ingredi oportet, inquit Teresia, si magna quaedam a suprema Maiestate arcana et secreta pandi nobis velimus. Aliam igitur viam non quaeras, etiamsi ad contemplationis apicem pertigeris : hac quippe via tuto et secure incedes. Dominus hic noster est is a quo et per quem omnia nobis bona obveniunt» (cfr. *De vita sua, 22,* 6-7). Quam ob rem haec sanctae conversationis magistra congruenter in Christo nullo non tempore innititur, in Filio Dei homine facto, cuius amicitia et societas iter vitae spiritualis illuminant et usque ad altissimam experientiam mysterii sanctissimae Trinitatis perducunt, cum scilicet creatura ((sanctas hasce personas numquam exinde a se abesse aut recedere sibi persuadet, sed evidentissime videt... in intimo animae suae penetrali, in recessu quodam admodum profundo divinum hoc contubernium sibi adesse ipsumque in se sentit» (cfr. VII *Mans.,* **1,** 7).

Agitur de donis praecelsis Dei, quae in intima familiaritate cum eo, quam gratia operatur, et in certitudine, ex fide et amore hausta, praesentiae Domini ((intra parvum animae nostrae caelum » (cfr. *De via perf.,* 28, 5) vigent ac florent. Quapropter quisquis in vitae usu prorsus fidelis est amori Dei, in ipso habitantis, quisquis eius vultum cum fide requirit, quisquis eius voluntatem in operibus fervens adimplet, praesertim eo quod se devovet fratribus, particeps esse potest experientiae illius, quam Deus non denegat parvulis in Regno suo, quibus Pater amoris sui mysteria revelat (cfr. *Mt.* 11, 25). Deus neminem ab aqua contemplationis prohibet, ut Teresia asseverat ; « immo, quod amplius est, plena nos voce aperte et publice vocat ; sed, quia adeo bonus est, hinc nos minime cogit, et, quod longe plus est, diversimode sane eos qui se sequi volunt, potat, ut nullus non refectus et inconfortatus abeat aut siti emoriatur » *(De via perf.* 20, 2).

Secundum sanctam Teresiam experientia Dei est donum cum fide-

litate erga orationem coniunctum. Hac de causa urgendo monet, ut «contemplationi nos applicemus» *(De via perf.,* 18, 3). Deus autem, qui semper est fidelis, animas cernens paratas nihil aliud cupit quam eas donis cumulare (cfr. *Conceptus amoris divini,* 5, 1). Ipse quidem «nullam nostrae voluntati inferre vult violentiam, verum non ante se totum dat nobis, quam nos ipsos ei totos et penitus demus» *(De via perf.,* 28, 12). Sic intellegitur cur sancta Mater hominem spiritualem adhortetur ut orationi insistat, «licet in via ante exspiret» *(De via perf.,* 21, 2) ; « certissime, inquit, mihi persuadeo omnibus, qui in via non haerebunt, hanc aquam vivam contemplationis minime esse defuturam » (cfr. *De via perf.,* 19, 15). Hoc est donum egregium, quod Deus impertit ut suam experiamur praesentiam, quae est donatio hominem dilatans ac provehens ad gradum amoris et salutis ipsius, cuius in mundo sacramentum est Ecclesia.

2. Tempus, quod transigimus quodque novo sensu Ecclesiae et orationis est insigne, videtur esse tempus gratiae, magisterio et experientiae Teresiae a Iesu peculiari ratione accommodum. Ea quidem, vi praedita, quae ex vitae usu et consuetudine hauritur, omnes invitat ut Christum eiusque Corpus mysticum diligant, ut in eo, Spiritu Sancto movente, qui id ipsum animat, « gustent et videant quoniam suavis est Dominus » (cfr. *Ps.* 34, 9). Hunc nuntium ab ipso Pontificatus nostri initio instanter proposuimus; ac si in primo sermone in Sacello Xystino habito ac postea monuimus, ut fidelitas erga Ecclesiam servaretur (cfr. *AAS* 70 [1978], p. 924), simul crebro sumus eius filios cohortati ut instarent orationi, adorationi, auditioni Dei intus loquentis, contemplationi; atque in extremis Litteris Encyclicis, a verbis *Dives in Misericordia* incipientibus, orationem et invocationem bonitatis divinae inculcavimus, quasi ius et ofiicium Ecclesiae (cfr. *AAS* 72 [1980], pp. 1228-1231). Ubi quodammodo in lumine posuimus primariam obligationem communionis fidei et amoris, quae per orationem efficitur atque experientia evadit Misericordiae ; quae in canticum perenne Misericordiae Dei traducitur, ut in sancta Teresia evenit.

Hoc invitamentum ad eos imprimis dirigitur, qui novo titulo se sequelae Christi virginis, pauperis, oboedientis devoverunt quosque saepe monuimus de peculiari coniunctione cum Ecclesia, siquidem «fidelitatem erga Christum, maxime in vita religiosa, numquam licet seiungi a fidelitate erga Ecclesiam» (cfr. *AAS* 71 [1979], p. 1255). Exhortantes eos ut cum Christo per orationem sociarentur, asseveravimus « sine preca-

tione vitam religiosam sensu carere. Eam a fonte suo divelli, substantiam suam amittere, finem sibi praestitum non consequi» (cfr. *ibid.).*

Sanctam Teresiam a Iesu commemorantes, haec ad omnes religiosos volumus pertinere, sed potissimum ad eos qui illam habent matrem et auctorem specialis vitae formae, qua insignes adsunt in Populo Dei. In ipsa enim Familia sua vitae novae exemplo — quae Sanctorum nullo non tempore est propria — legifera Mater filiis et filiabus suis haec verba, officii vim prae se f erentia, iterat : « Sum filia Ecclesiae » ; et in memoriam eorum obligationem praecipuam revocat, qua in Ecclesia obstringuntur (cfr. *De via perf.,* 17, 1), obligationem dicimus summi momenti, quae per Regulam iis imponitur (cfr. *ibid.,* 4, 2) quaque sine intermissione orare iubentur (cfr. *ibid.,* 21, 10) idque in paupere et austera vivendi ratione interiore et exteriore (cfr. *ibid.,* 4, 2), qua veri amici crucis Christi distinguuntur. Ad eos ipsos sancta Teresia haec verba iterum facit : « Omnes, qui sacrum hunc Carmelitarum habitum gestamus, ad orationis et contemplationis studium vocati sumus » (cfr. V *Mans.,* 1, 2). Oportet profecto ut Carmelitae Discalceati et Discalceatae, orationi et orandi consuetudini fideles in eaque sibi constantes, ad eam experientiam Dei viventis pertingant, quae est eorum nomen dignitatis, peculiaris vocatio, munus salubre. Conitantur ut magis in dies evadant adoratores in Spiritu et veritate, quos Pater quaerit, persuasum sibi habentes — quemadmodum sancta Mater scripsit — iter in hac ((via perfectionis » susceptum in utilitatem cedere non solum suam ipsorum sed etiam multarum animarum (cfr. *De vita sua,* 11, 4).

Carmelitae Discalceatae, germanum spiritum Regulae suae hac etiam aetate servantes, fideles sint iis quae illud veluti «desertum» in vitae usu postulat, ex quo secundum vocationem suam et missionem necesse est sint plene et peculiariter contemplativae. Clausura earum significatione caret sine hoc contemplative vivendi cursu, quem sancta Teresia paulo ante mortem in III capite libri *Fundationum monasteriorum* tam praeclare descripsit. Sollicita monitio nostra — quam etiam explicavimus in nuntio ad Coetum plenarium Sacrae Congregationis pro Religiosis et Institutis Saecularibus anno MCMLXXX dato — eo pertinens, ut « iusta adhibeatur severitas in observanda clausura », ad praecepta sanctae Teresiae revocari videtur. Cum ea concinentes, cui persuasum erat bonum non esse occultum (cfr. *De via perf.,* 15, 6), diximus tunc «clausuram non segregare ... a communione Corporis mystici; quin immo eius sectatrices in ipso corde Ecclesiae collocare (cfr. *AAS* 72 [1980], p. 211). Ita-

que amanter officio suo et vocationi satisfaciant, nitantur exemplo sanctae Teresiae ab Infante Iesu «in corde esse Ecclesiae», meminerint, ut eadem est hortata, « solummodo oratione et nos devovendi studio posse nos utiles esse Ecclesiae» *(Derniers entretiens,* 8, VII, 16).

Carmelitae vero Discalceati, quos Teresia esse voluit « eremitas contemplativos » *(Epist.* 21.X.1576 ad P. Marianum) et «homines caelestes» *(Epist.* 21.X.1576 ad P. Gratianum), ab ea etiam impulsi sunt ut iter inirent actionis apostolicae eo spectans ut sorores adiuvarent in persequenda perfectione secundum eandem Regulam (cfr. *Fundation.,* 2, 5; 10, 14), ut Evangelium parvis et humilibus annuntiarent (cfr. *ibid.,* 14, 8), ut simul maiorem exsererent vim ad rem theologicam et missionalem. Hac de causa voluit ut inter eos essent « magistri et ad magisterium propositi », quippe quae probe novisset virum vere doctum in moderandis animis numquam decipere (cfr. *De vita sua,* 5, 3), persuasum sibi habens veram scientiam, cum humilitate sociatam, plurimum valere ad viam orationis terendam. Hoc ipsum ad effectum adductum sancta Teresia conspexit in filio spirituali suo primogénito, sancto Ioanne a Cruce, magistro et monstratore semitarum Dei, qui primus vitam novam in Carmelitarum monasterio loci Duruelo instauravit. Eius exemplo Carmelitae Discalceati sint oportet in mundo huius temporis ductores et magistri hominum communionem et experientiam Dei sitientium. Haec est eorum missio, quae ex eorum manat vocatione.

Pientissima Mater ad ea etiam Instituta et Congregationes amanti convertitur animo, quae eius spiritum et perfectionis formam sequuntur in vita apostolica, cui se dant quaeque tam ferax est in Ecclesia ac quidem in variis campis caritatis et socialis opitulationis. Quorum sodales ea commonet ut sint homines dediti orationi, tales videlicet, qui quamlibet congressionem cum fratribus efficiant invitamentum ad communionem cum Deo. Hoc hortamentum sanctae Teresiae videtur esse quasi stimulus, quo ad orationem et actionem concitentur, servata tamen unitate vitae, quam fidelitas erga contemplationem praebet ; « quo quis in oratione est provectior, eo ad proximorum consolationem et salutem procurandam est acrior, praesertim animarum, et quo vel unam e peccati statu educat, multas datur us vitas videtur » (cfr. *Conceptus amoris divini,* 7, 8).

Sancta Teresia vivit et loquitur etiamnum in Ecclesia. Ad eius vitae exempla ac doctrinam mentes, novo studio actae, efficaciter dirigantur, praesertim per annum, iamiam incepturum, qui eius memoriae dicatur.

Denique Benedictionem Apostolicam, caelestium munerum auspicem, tibi, dilecte Fili, Fratribus et Monialibus Carmelitis Discalceatis ceterisque Teresianae disciplinae alumnis benevolenti animo impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xiv mensis Octobris, anno MCMLXXXI, Pontificatus Nostri tertio.

IOANNES PAULUS PP. II

ALLOCUTIONES

I

Ad episcopos Gambiae, Liberiae et Montis Leonini, occasione oblata « ad Limina » visitationis coram admissos.*

Dear Brothers in our Lord Jesus öhrist,

1. You have formed yourselves into a united interterritorial Episcopal Conference — that of The Gambia, Liberia and Sierra Leone, and as such you have assembled here today. Through this union among yourselves you find fraternal support, face common problems, and seek effective means to preach the Gospel of Christ. Over and above all this, on occasions like the present one, you are in a position to live the mystery of the Church's unity as fully as possible among yourselves : *Ecce quam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum.*[1]

2. These same advantages apply also in a different way to your *ad Limina* visit. Here you and your local ecclesial communities find the support of the universal Church. Here you are assured of the personal interest and concern of the Bishop of Rome, who testifies before you to the love that the whole Church has for you. Here the Holy See endeavours to share with you the burdens of your office and your common problems ; here you seek and receive among brothers the solidarity and support needed for fulfilling your mission of proclaiming Christ. In this regard, the Sacred Congregation for the Evangelization of Peoples, and all those throughout the world who are associated with it in collaborating for the missions, assure you of their prayers, their esteem and their desire to assist you.

*** Die 5 m. Octobris a. 1981.**

» *Ps* 132 (133): 1.

3. As Bishops, you have come to Rome to invoke the holy Apostles Peter and Paul, and to find strength at their tombs. With them it is fitting to turn immediately to Jesus. With Peter you confess to Jesus and before the world: "You are the Christ, the Son of the living God".[2] And with Paul you reiterate your deep conviction that Jesus is for all of us "our wisdom, our righteousness, our sanctification and redemption".[3]

This conviction about Christ explains your whole ministry and all your efforts to bring his name before your people. It explains your desire to preach his Gospel of salvation. Your faith in the Son of God sustains you in the toil involved in gathering your people together by word and sacrament into one ecclesial family, one communion. Because you yourselves have accepted the mystery hidden for centuries and revealed in Christ, you are spurred on to communicate Christ to others, proclaiming the content of his revelation as the great original contribution of Christianity.

4. Because Jesus is our redemption and our all, your ministry is placed under the sign of hope. You hope in God's word; you trust in his promises. You rely on his help each day, just as your missionary predecessors did before you. Your sentiments are indeed identical with those of the Apostle Paul: "For to this end we toil and strive, because we have our hope set on the living God".[4] With this apostolic hope, dear Brothers, go forward zealously in your pastoral labours. Proclaim incessantly the mystery of Christ and his Church, in accordance with the lofty teaching of the Second Vatican Council, and in fidelity to all of its directives.

Continue in your ministry of forming Christ in the young generation and of offering to them the full challenge of his Sermon on the Mount. God will certainly reward you and all who have worked with you in promoting *Catholic schools* and the many services that these schools render to the Catholic community and to society in general.

Do not cease to present Christ's teaching on justice and fraternal love to all men and women of good will at every level of society. By so doing you will promote the harmony and well-being of the nations themselves of which you are a part.

[2] *Mt* 16:16.
[3] *1 Cor* 1:30.
[4] *1 Tim* 4:10.

5. In a very special way continue to exercise your pastoral zeal in fostering religious and priestly vocations for Christ. "Cast all your anxieties on him",[5] and pray "the Lord of the harvest to send out labourers into his harvest".[6] Appeal to your people to understand how vitally necessary this is for the community, and how important is the contribution of the Christian family in fostering ecclesiastical vocations. Appeal to the people for the prayer and sacrifice that God requires of the community so that young people may receive the grace to persevere with pure and generous love in following Christ. Appeal especially to the sick and to the infirm to offer up their sufferings, in union with those of the Saviour, for this holy intention.

6. Through a concerted pastoral effort, you now have an interterritorial seminary within the Vicariate Apostolic of Monrovia. This common apostolic initiative deserves your sustained interest and the full measure of your personal attention — your individual and collective attention. The seminary is of capital importance for the life of the Christian community and for the future of God's people. In the seminary, God's word must be authentically lived and faithfully transmitted in its integrity, in obedience to the command of Christ and for the well-being of every future generation of your people. Fidelity in transmitting the faith and diligence in training seminarians are pastoral activities of supreme importance for Bishops : they are expressions of deep pastoral love. Yes, it was with profound insight that the Second Vatican Council referred to the seminary as "the heart of the diocese".[7]

7. Dearly beloved Brothers, on this *ad Limina* visit, with all your heart, renew your confidence in Jesus Christ and in his Holy Spirit. In the power of the Holy Spirit, God's word has been sown, has grown, and has already yielded a rich harvest for the Kingdom of God. Amid trials and difficulties the Holy Spirit has sustained your predecessors, yourselves and your clergy. He will continue to be with you and in you, and to work through you. I would now ask you to take back my Apostolic Blessing to all your people. In particular I ask that you convey to your priests, religious and other collaborators

[5] *1 Pt* 5:7.
[6] *Mt* 9:37.
[7] *Optatam Totius,* 5.

in the Gospel the message of Christian hope that we have celebrated together in Rome : "For to this end we toil and strive, because we have our hope set on the living God".[8]

And until the Lord comes in glory, may Mary, faithful Spouse of the Holy Spirit, be for the pilgrim people of God in your beloved lands " a sign of sure hope and solace".[9] May the Mother of Jesus be close to you all with her maternal love.

II

Ad Commissionis Theologicae Internationalis sodales in Arce Gandulfi coram admissos.*

1. Mihi maxime placet vos, sodales Commissionis Theologicae Internationalis, imprimis vero Praesidem eius Franciscum Cardinalem Seper et alios ministros Sacrae Congregationis pro Doctrina Fidei, consalutare. Convenitis huc omnibus ex continentibus terrae, ex variis culturae locis, ex tot linguarum regionibus et ex multis disciplinis scientiae theologicae. In vobis ergo saluto omnes theologos catholicos ubique terrarum pro bono spiritali Ecclesiae operantes.

2. Venerandus Decessor meus Pontifex Maximus Paulus VI anno millesimo nongentesimo sexagesimo nono Commissionem Theologicam Internationalem instituit, postquam patres Synodi extraordinariae episcoporum duobus annis antea habitae hoc optatum expresserunt. Munus Commissionis est, ((Sanctae Sedi et praecipuum in modum... Sacrae Congregationi (pro Doctrina Fidei) auxilium praestare in quaestionibus doctrinalibus maioris momenti perpendendis».[1] In his duobus quinquenniis elapsis Commissio Theologica illud propositum multis variisque modis feliciter et utiliter implevit, uti ex multis documentis magni ponderis hucusque editis constat. Ut scio, non tantum Romano Pontifici, Sacrae Congregationi pro Doctrina Fidei et aliis dicasteriis Romanae Curiae plurimum subsidii allatum est, sed etiam conferentiis episcoporum et progressibus theologiae. Hoc ministerium in temporibus istis difficilibus novisque quaestionibus et sententiis diversis omnino necessarium erat et adiuvit ut una fides in una Ecclesia nutri-

[8] *1 Tim 4:10.*

[9] *Lumen Gentium,* 68.

* Die 6 m. Octobris a. 1981.

[1] Cfr. *Statuta Commissionis,* in: *AAS* 61 (1969), 540, n. 1.

retur et corroboraretur. Qua de causa officium Commissionis Theologicae semper crescit et repeto verba allocutionis meae die vicesimo sexto mensis octobris anno millesimo nongentesimo septuagesimo nono ad participes huius Commissionis : nempe eam « valde approbamus, magni fecimus, multa ab ea exspectamus ».[2]

3. In hoc munere serviré ac prodesse multum debetis bonae et frugiferae necessitudini inter Magisterium et theologiam. Proinde liceat mihi in mentem revocare id quod anno elapso in itinere pastorali per Germaniam die decimo octavo mensis novembris in Altótting ad professores sacrae theologiae dixi : « Theologia est scientia cum omnibus facultatibus et potentiis cognitionis humanae. In usu rationum et operationum analyticarum libera est. Tamen theologia observare debet, in quanam relatione ad fidem Ecclesiae se habeat. Non ex nobis ipsis fides oritur, immo sumus "superaedificati super fundamentum Apostolorum et Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu".[3] Etiam theologia fidem praeponere debet. Potest eam clariorem reddere et promovere, sed non potest eam generare. Etiam theologia habet ut fundamentum fidem Patrum ... Amor erga Ecclesiam concretam, quae etiam fidelitatem erga testimonium fidei et Magisterium ecclesiasticum secum infert, non liberat theologum a proprio opere et non tollit quidquam istius autonomiae necessariae. Magisterium et theologia munus diversum habent. Ideoque non ad idem inter se redigi possunt. Tamen inserviunt simul eidem causae in tota sua summa. Ob hanc structuram debent manere in perpetuo dialogo».[4] Hoc valet singulariter pro muneribus Commissionis Theologicae Internationalis, quae sollicitudines Pastoris supremi Ecclesiae et Curiae Romanae nec non episcoporum per mundum dispersorum tam plane communicat.

4. Novi vos etiam in hac sessione plenaria iterum quaestiones selectas de Christologia excutere. In priore congressu Commissio Theologica Internationalis instrumentum praestans ad iudicationem hodiernarum disputationum et ad profundiorem intellegentiam fidei Ecclesiae constituit et spero continuationem huius operis vestri fructus allaturam esse, qui digni sint studiis hucusque a Commissione peractis. Tria optata hac in re ego valde foveo, quae vobis brevissime nuntiare velim.

[2] **Cfr. *AAS* 71 (1979), 1429.**

[3] ***Eph.* *2,* 20.**

[4] **Cfr. *AAS* 73 (1981), 103, n. 3.**

a) Iesus Christus imago Dei est; in eo omnia in caelis et in terris condita sunt.[5] In facie Iesu Christi refulget splendor Dei Patris invisibilis. Ideo Iesus Christus plus quam propheta est. Singularem communionem cum Patre habet. Tunc solum redempti sumus, si Iesus Christus plenam vitam divinam in persona sua communicare potest. Ideo credimus in filium Dei, <(Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt». In hac confessione fidei consistit medulla religionis christianae.

b) Haec fides christiana dependet ab Novo Testamento et ab viva traditione Ecclesiae, sicut se manifestat in conciliis oecumenicis priorum saeculorum. Celebratio Concilii Constantinopolitani Primi hoc anno in mentem revocabat eos, qui vere christiani essent, vinculo Sacrae Scripturae et hoc «consensu quinquesaeculari», ut aiunt, coniungi. Industria theologica plus quam antehac patrimonio illi et testamento Ecclesiae primaevae subvenire debet. Nolite neglegere hanc vim spiritalem in disceptationibus hodiernis, praesertim etiam oecumenicis. Multae declarationes et tot eventa decursu huius commemorationis inter christianos separatos magnam spem maioris unitatis nutriverunt.

c) Reflexio christologica ad extremum Deo trino laudem et gratias pro bonitate infinita offert, sed etiam significationem anthropologicam continet. Loquor de praeclaro et celebri dicto in Constitutione pastorali *Gaudium et Spes;*[6] ((Christus, novissimus Adam,... hominem ipsi homini plene manifestat eique altissimam eius vocationem patefacit». In Litteris Encyclicis *Redemptor Hominis* et *Dives in Misericordia* hanc cogitationem explicare conatus sum secundum angores et exspectationes hominum. In hoc campo ingentia munera pro theologia hodierna absconduntur. Quapropter gavisus sum cum audivissem vos futuro tempore argumentum « De dignitate personae humanae » aggredi velle. Animadvertite cohaerentiam intimam vestrorum studiorum !

5. Gratias ago vobis pro opere hucusque confecto, imprimis sub ductu Em.mi Cardinalis Praesidis Francisci Seper et Secretarii generalis Protonotarii Apostolici Philippi Delhaye, qui simul cum multis aliis ex vobis onus laboris plus quam decem iam annos portant. Gratum pa-

[5] Cfr. *2 Cor.* 4, 4; *Col.* 1, 15.
[6] Art. 22: *AAS* 58 (1966), p. 1042.

riter animum meum aperte testor erga vestrum secretarium technicum Petrum Jarry ob sedulam officiorum ipsius procurationem. In tertium quinquennium nunc inchoatum vobis omnia bona et fausta a Deo exopto. Sincera caritate vos complectens, Dominum, intercedente Beata Maria Virgine, impense rogo, ut vobis cum Spiritus donis semper adsit, vos corroboret et in altiorem usque cognitionem divitiarum suarum perducat. Haec vota confirmet Benedictio Apostolica, quam vobis omnibus libentissime impertio.

III

Ad quosdam Tanzaniae episcopos, occasione oblata « ad Limina » visitationis coram admissos.*

Dear Brothers in our Lord Jesus Christ,

1. After a long period of recovery, it is a joy for me to be back once again in the midst of my Brothers in the Episcopate. It was especially pleasing to me to resume the *ad Limina* audiences by beginning last week with the first group of Bishops from Tanzania, and in particular with Cardinal Rugambwa. During my visit to Africa I had the occasion to express publicly my deep esteem for him, recalling his long and faithful service as a Bishop and his two decades as a Cardinal. And with deep affection in Christ Jesus I welcome you today, and direct my words of fraternal support to you and to the whole hierarchy of your country.

I likewise take this occasion to send my respectful and cordial greetings to His Excellency the President of the Republic.

2. As zealous pastors of the flock you have come to Rome to offer your local Churches to Jesus Christ—to offer them to him in Catholic unity. You have come to entrust the destiny of your people "to him who loves us and has freed us from our sins by his blood".[1] You bear the joys and burdens, the hopes and aspirations of thousands of individuals and numerous ecclesial communities. Be assured, dear Brothers, that your offering is pleasing to the Lord, who is for ever with his bride, the Church.

3. At the same time you have come to renew your own dedication as Bishops. As you do so, I want you to know that I am close to you

* Die 9 m. Octobris a. 1981.

[1] *Rev* 1:4.

in prayer. As Bishop of Rome, your brother and fellow servant in the Gospel, I wish to proclaim the great pastoral role that is yours, your lofty dignity as servant leaders of God's people. I wish to offer words of praise for all the united efforts you have made, for everything you do in imitation of Jesus the Good Shepherd. I wish likewise to encourage you to continue steadfast in facing the pastoral problems of each day, seeking together realistic solutions in accordance with the reality of the word of God and its almighty power, knowing full well that "what is impossible with men is possible with God".[2] Jesus himself has laid down the standards for our people ; he gives the grace. It is up to us to offer his teaching in its fullness, waiting patiently for him to touch human hearts and to bring forth a good harvest. Indeed, we must be convinced that he who is "at work within us is able to do far more abundantly than all that we ask or think".[3] For us, failure consists in doubting the infinite power of Christ's grace.

4. It is clear that we must maintain our evangelical priorities : those essential values that affect the very life of the Christian communities. In particular, I would ask you to continue to make every effort in promoting catechetical instruction, religious education and the proper training of your seminarians. As Bishops, show your pastoral interest in your priests and give to all of them the expression of your fraternal love, so that they in turn may be effective instruments in the ministry of salvation.

5. In everything you do, maintain a vision of the Church as a community gathered together in Christ, a communion built up by his holy word, nourished by his Body and Blood, and loved by his Father in heaven. The local Churches for which you give your lives are the communities of your own beloved people—God's pilgrim people—making up his Mystical Body and striving to live his very life amidst the customs of their own cultures—purified and uplifted by the salvific Gospel of Jesus—and amidst the events of daily life. This was my thought last year when I addressed the Bishops assembled in Nairobi and said : "By respecting, preserving and fostering the particular values and riches of your people's cultural heritage, you will be in a position to lead them to a better understanding of the mystery of

[2] *Lk* 18:27.
[3] *Eph* 3:20.

Christ, which is to be lived in the noble, concrete and daily experience of African life. There is no question of adulterating the word of God, or of emptying the Cross of its power,[4] but rather of bringing Christ into the very centre of African life and of lifting up all African life to Christ. Thus, not only is Christianity relevant to Africa, but Christ, in the members of his Body, is himself African" (7 May 1980).

To minister to Christ's Body, to lead your people to full maturity in Christ—this is your vocation as Bishops. Yes, this is your ministry : to lift up all African life to Christ, who in his members has himself become African, and who continues in his Church to proclaim a Gospel that liberates and saves.

6. The criterion of your effective ministry—your effective episcopal ministry—is absolute fidelity to Jesus Christ and to his word. It is up to us to plant and to water; God himself will give the increase and make the seed of his word grow in his own good time. He demands our trust, our obedience in preaching his message, our patience in awaiting the full harvest of salvation. You have indeed come to Rome carrying in your hearts the hopes of your ecclesial communities and the aspirations of all your people. Today, as pastors, you and I offer all of this to Jesus Christ, through the Immaculate Heart of Mary.

7. May you always be close to your priests, sustaining them in generosity and fervour, and assuring them that the Pope loves them and urges them to give themselves fully for the flock. To the religious sisters and brothers I send the expression of my gratitude for their consecration to the Kingdom and for the service that they lovingly give in the name of Jesus. Tell the seminarians that Christ needs them and is counting on their collaboration and perseverance. Assure the Christian families that their vocation is blessed by God and that their fidelity renders immense glory to the grace of Jesus Christ. And before all the People of God uphold the command of Christ in all its fullness : "Be perfect as your heavenly Father is perfect".[5] This is truly your ministry as Bishops, servants of Christ's Gospel, chosen to shepherd the Church "which he has acquired at the price of his own blood".[6]

Dear brother Bishops, together let us praise Jesus Christ, who

[4] **Of.** ***1 Cor*** **1:17.**
[5] ***Mt*** **5:48.**
[6] ***Acts*** **20:28.**

has called us to lay down our lives for our brothers and sisters, so "that they may have life, and have it abundantly".[7] To him we renew the oblation of our lives ; to him we make the offering and consecration of the holy Church of God. Praised be Jesus Christ!

IV

Ad Consilii Secretariae Generalis Synodi Episcoporum sodales coram admissos.*

Venerabiles in Episcopatu Fratres,

1. Vehementer equidem rursus delector conspectu hic et congressu vestro, qui nempe efficitis Consilium Secretariae Generalis Synodi Episcoporum, quique his diebus Romae adestis, ut argumenta singula definiatis ac lineamenta ipsa statuatis operis illius, quod anno octogesimo tertio erit tractandum in sexta congressione generali Synodi Episcoporum. Laetor pariter magnopere, quoniam, secundum disceptationem anno iam superiore in Synodo habitam, atque secundum propositiones et sententias a Conferentiis Episcopalibus Sedisque Apostolicae officiis receptas, sapientissime proposuistis proximae Synodo hunc tandem titulum : « Reconciliatio ac Paenitentia in Ecclesiae Munere ».

2. Fateor vobis ipsum hoc argumentum non solum mihi omnino probari sed etiam inter Episcopos et sacerdotes totius Ecclesiae iam excitavisse magnum studium, animosque fidelium convertisse in eam rem pastoralem, quae hoc praesertim tempore maximum prae se fert momentum. Etenim reconciliatio et paenitentia constituunt ex se partem plane necessariam, immo fere praecipuam, nuntii salutis a Christo Domino in mundum adlati; propterea continent elementa quoque primaria ipsius vitae christianae morumque catholicorum.

3. A primis videlicet suae praedicationis initiis Christus inculcabat paenitentiae necessitatem atque cuncta opera patrabat, ut ab hominibus recte intellegeretur quasi fundamentum suae doctrinae industriaeque terrestris esse reconciliationem totius humani generis cum Deo Patre ac deinde hominum inter se. Suscepit Iesus et sua fecit praecepta Veteris Testamenti de infinito Parentis amore, qui omne vincit

[7] *Jn* **10:10.**

*** Die 10 m. Octobris, a. 1981.**

peccatum. Eodem autem tempore condonavit ipse hominibus delicta et sic illustravit desiderium altum illud, quod nullus non homo fovet — reconciliationis id est cum Deo suisque fratribus. Ad extremum tandem ille crucem salutiferam patiens demonstravit plenam Dei iustitiam et quadamtenus pleniorem ipsius misericordiam. Christus igitur semel nos docuit, quo modo misericordiam et consequi et largiri possemus, quo etiam modo superare valeremus dissensionem, invidiam, nimium nostri amorem, ut ad reiiciendum iustiorem humanioremque mundum omnibus viribus libere incumberemus.

4. Christus vero paenitentiae doctor reconciliationisque auctor non tantum exemplis suis ac verbis haec defixit vivendi principia, .verum pergit etiamnunc eadem ipsa facere ac docere per Spiritum suum in Ecclesia operantem, per nos demum pastores in Apostolorum locum suffectos ad Populum Dei via tuta et lucida ducendum. Ecclesia, mater nostra, quam adeo diligimus, servit Domino suo sine intermissione eiusque indulgentiam hominibus impertit dilargienda gratia divina per ministerium verbi ac per sacramenta salutis : Eucharistiae nominatim et Paenitentiae. Hos vicissim thesauros doctrinae evangelicae et gratiae supernae diligentissime custodimus nos quoque peccatores, dum eos cum fratribus et sororibus nostris pro Domino communicamus.

5. Hoc profecto est illud «servitium caritatis», de quo Venerabilis Frater Noster Cardinalis Paulus Zoungrana ac Secretarius Synodi Venerabilis Frater Iosephus Tomko, — mentis vestrae participes fideles — locuti sunt in pergrato telegraphico nuntio, quem a vobis laetissimus ego accepi ex Aula Synodi die septimo huius mensis. Gratias singulis habeo vobis de significatione tantae fidelitatis tantaeque alacritatis in lineamentis conscribendis ad usum proximae Synodi. Scio vos cogitare solum Iesu Christi voluntatem, Ecclesiae universalis communitatem, omnium fidelium utilitatem, renovationis conciliaris verae prosperitatem, dum etiam hodie manus extremas imponatis consultationibus vestris ac deliberationibus de proposito argumento paenitentiae et reconciliationis in Ecclesiae missione.

6. Ex illa enim Synodo nasci certissime potest nova et acrior conscientia inter baptizatos homines illius iniuriae, quam baptismo nostro inferimus peccando, illius perpetuae indulgentiae misericordiaeque divinae, cuius semper egemus ut vocationi nostrae christianae in terris satisfacere possimus. At extra Ecclesiam similiter potest omnibus ho-

minibus plurimum prodesse hic salutaris nuntius veniae ac reconciliationis fraternae, quem iterum explicabit enucleabit pronuntiant Synodus Episcoporum anno octogesimo tertio, vestro sub ductu. Nam huius temporis angores et animorum ipsorum errores, dubitationes immo et desperationes levabuntur valde ac minentur si recuperaverint homines veram spiritus libertatem, si agnoverint propriam naturam ad malum inclinatam simulque spem certam venire posse a Deo misericordi lucem salutemque.

7. Haec ideo tractavistis scientissime, Venerabiles in Episcopatu Fratres; ac praeparavistis hac hebdomade lineamenta praeclara theologici et pastoralis operis, quod restat ut sexta Synodi Episcoporum generalis congressio tempore suo perficiat. Permagni nimirum aestimo accuratam diligentiam vestram et constantem sedulitatem his in conventibus vestris, ne loquar de cotidiana fere industria ipsius Secretariae Synodi, cuius nempe est universa perpolire atque absolvere faciliorem in usum Synodi. Benedictionem Apostolicam, quam fidentes petivistis, super vos laboresque vestros iam laudabiliter exanclatos effundo ut fructus eorum quam uberrimi maturescant in praesenti et percipiantur in venturo ipsius Synodi tempore. Gratulor vobis de rebus actis et hortor vos ut, opitulante Ecclesiae Matre Maria, agere pergatis, unde proxima Synodus apte comparetur, reapse Ecclesiae adiuvetur communitas, genusque omne hominum valde laetetur.

V

Ad eos qui plenario coetui Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione interfuere coram admissos.*

Venerati Confratelli e Figli carissimi!

1. Nel rivolgere il più cordiale benvenuto a voi che prendete parte, in questi giorni, alla X Assemblea plenaria della Sacra Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli, si presenta subito alla mia mente tutto un insieme di circostanze che rendono particolarmente gradito a voi ed a me l'odierno incontro. Si verifica davvero — per usare una parola del linguaggio liturgico — una « concorrenza » di date e di fatti che appaiono tanto opportuni quanto provvidenziali.

Siamo, innanzitutto, alla vigilia della Giornata Missionaria Mon-

*** Die 16 m. Octobris a. 1981.**

diale, nel cui clima la vostra assemblea s'inscrive come un preannuncio ed uno stimolo, ad essa apportando — ne sono sicuro — un qualificato ed accurato contributo di aggiornamento alla luce del perenne e perennemente incalzante mandato di Cristo Signore : *Euntes in mundum universum, praedicate Evangelium.*[1] Proprio ieri sera ha avuto solenne inaugurazione il nuovo anno accademico della Pontificia Università Urbaniana, la cui attività è pure ordinata all'adempimento di quel superiore mandato. Né dimentico come in essa, nel beli' Auditorium che io stesso ho avuto la gioia di inaugurare, si svolgono i lavori della vostra Assemblea.

Quanto al tema, del quale dirò più avanti, esso appare in rapporto diretto con quello del più recente Sinodo dei Vescovi e, per tale ragione, costituisce una tempestiva e positiva e consolante risposta alle indicazioni del Magistero.

Ci sono, infine, due circostanze, direi, personali e per me molto significative : dopo la forzata interruzione, oggi mi è dato di ritrovarmi con la vostra eletta schiera di Cardinali, di Vescovi, di Prelati, di Religiosi che presso il Dicastero missionario rappresentate tutte le regioni del mondo. E l'udienza — come ha già ricordato il Signor Cardinale Prefetto — si svolge nel giorno che segna il terzo anniversario della mia elezione alla Cattedra di Pietro : circostanza, questa, che è per me un ricordo ed un monito in ordine al peso formidabile che mi fu allora affidato e che grava, con le sue responsabilità, sulle mie deboli spalle.

2. Voglio, perciò, salutare distintamente ciascuno di voi, qui presenti. Dico voi, Signori Cardinali, che in questo triennio del mio servizio apostolico mi avete tante volte e tanto fraternamente dimostrato il vostro affetto, la vostra disponibilità alla collaborazione, la vostra fedeltà. E poi voi, Arcivescovi e Vescovi, che alle cure del gregge nelle rispettive diocesi o alle incombenze presso altri Organismi della Curia Romana, aggiungete il lavoro di membri o di consultori nella Congregazione « de Propaganda Fide ». E voi, Direttori e Collaboratori delle Pontificie Opere Missionarie, di cui conosco lo zelo nel tener viva la fiamma e la passione per la diffusione del Vangelo, attivando uno scambio multiforme tra le aree di antica cristianizzazione e le aree propriamente missionarie. Saluto, infine, i Superiori degli Istituti Missionari, come anche gli Officiali del Sacro Dicastero e tutti voi che

[1] *Me* 16, 15.

al convegno di questi giorni avete dato il contributo della vostra intelligenza e della vostra operosità.

E ci tengo ad aggiungere che tale distinta rassegna vuol essere un segno di speciale gratitudine per l'opera evangelica ed ecclesiale, che voi svolgete non solo nel corso di questa assemblea, ma per il fatto stesso dell'appartenenza alla Sacra Congregazione, condividendo lo sforzo, che non potrà mai cessare, di portare Cristo alle genti. Grazie vivissime, amati Fratelli e Figli !

3. Vengo ora al tema, attinente al « ruolo della famiglia nel contesto missionario ». Ho già accennato al suo collegamento con la trattazione sinodale dello scorso anno, e, dire che esso è molto importante, potrebbe apparire superfluo. Non mi addentrerò nel merito dell'argomento, perché l'avete discusso nelle relazioni generali e nei ((circuli minores ».

Ciò che vorrei proporvi è semplicemente qualche considerazione in ordine alla notevole varietà che l'istituto familiare, con i suoi riti e tradizioni, presenta nel mondo missionario. Agli ambienti geo-culturali estremamente differenziati e tra loro lontani fa riscontro una tipologia complessa e quanto mai eterogenea della società familiare. Ora noi, come cristiani, come responsabili dell'evangelizzazione, siamo portatori ed assertori di un « nostro)) tipo di famiglia, che è e si chiama la «Famiglia Cristiana». Ecco il canone di riferimento, ecco il modello da ricopiare !

Si tratta forse solo di un ideale, cioè di qualcosa di astratto che, per quanto bello e suggestivo, non può essere tradotto nel costume? No certamente, ed è proprio per questo, per l'urgenza di metterlo in pratica, che sorgono delicati problemi di ordine teologico e pastorale.

Si avverte subito il nodo delle difficoltà : da una parte bisogna studiare la famiglia così come Gesù Cristo l'ha voluta, bisogna guardare al suo fondamento ch'è il matrimonio uno e indissolubile, nonché alle irrinunciabili prerogative della fedeltà e della fecondità dell'amore ; dall'altra, occorre tenere ben presente la forma concreta della famiglia, quale esiste in un preciso ambiente umano e in un determinato territorio di missione. Il problema, in un certo senso, è quello dell'acculturazione, come inserimento in un settore particolare, ma pure importante e vitale, del fermento evangelico.

A volte il confronto tra ideale e realtà potrà portare ad una facile composizione, quando gli elementi etnici ed etici della cultura nativa siano componibili con i trascendenti valori cristiani ; altre volte il con-

fronto metterà allo scoperto una oggettiva contrapposizione, dove permangano tradizioni chiaramente pagane, oppure siano praticate la poligamia, il ripudio del coniuge, l'uccisione della vita nascente. Altre volte, infine, il rapporto intravisto come possibile tra i gravi postulati dell'etica matrimoniale e familiare cristiana e gli elementi della cultura locale richiederà attento discernimento e costante prudenza. In questo terzo caso, forse più frequente degli altri, il lavoro pastorale, demandato ai Vescovi ed ai Missionari, si farà ancor più delicato e più arduo : esso dovrà essere un'arte di illuminata sapienza, che come non dimentica né sacrifica alcuna delle esigenze anche severe della dottrina e della fede di Cristo, così non calpesta né disperde le tipiche e più genuine ricchezze di una popolazione.

Dicevo che si ha qui un'applicazione del concetto di acculturazione : il cristianesimo — ben lo sappiamo, perché lo ha ripetuto autorevolmente il Concilio Vaticano II[2] — non distrugge quanto di vero, di giusto e di nobile una società ha saputo costruire nel suo *iter* storico secondo le peculiari risorse, delle quali l'ha dotata il Creatore; ma su quel fondamento esso impianta i superiori valori che il suo Fondatore gli ha consegnato. Alla famiglia e al matrimonio, nella varietà dei positivi elementi « naturali)) che contraddistinguono sia l'una che l'altro presso ciascun popolo, il cristianesimo annuncia ed offre il dono della avvenuta elevazione al piano soprannaturale e sacramentale. Giammai, dunque, il missionario cesserà di insegnare che il matrimonio è evento di grazia e che la famiglia, già nella dimensione coniugale e poi in quella parentale, è ripresentazione «in miniatura» della Chiesa e dell'arcano rapporto che la Chiesa stessa ha col Cristo.

a. So che nelle discussioni della vostra assemblea è stato dato non poco spazio alla famiglia come oggetto e come soggetto di evangelizzazione. Sono manifestamente aspetti complementari, che stanno ad indicare il duplice ritmo e, quasi, il respiro di una famiglia religiosamente viva : a lei arriva il Vangelo e da lei parte il Vangelo. Ricevere e dare ; ricevere per dare !

Oh come risuonano significative le parole dell'evangelista Giovanni a conclusione della guarigione miracolosa del figlio del funzionario regio di Cafarnao. Costui aveva implorato l'aiuto di Gesù e già aveva creduto, quando gli era stato detto di andare, perché il suo figlio viveva ;[3]

[2] Cfr. Cost. past. *Gaudium et Spes,* nn. 42; 58; Decr. *Ad Gentes,* n. 22.

[3] *Gv 4,* 50.

ma, allorché del miracolo ebbe la definitiva conferma per bocca dei suoi servitori, allora « egli credette con tutta la sua famiglia ».[4] Sì, la famiglia che ha ricevuto la fede, la famiglia veramente cristiana è come proiettata a recare agli altri ed alle altre famiglie la fede che per grazia di Dio possiede. La famiglia cristiana è disponibile alla evangelizzazione, è di per sé missionaria.

Io, penso, cari Fratelli e Figli, all'apporto che le famiglie cristiane, ben formate ad esemplari per costume morale, possono dare all'annuncio del Vangelo. Allora educhiamole bene ; offriamo loro gli indispensabili sussidi per difenderle dalle insidie e dai pericoli, a cui nell'età moderna vanno incontro un po' dappertutto; rafforziamole e confermiamole nella preziosa testimonianza ((pro Christo et Ecclesia», che esse rendono di fronte alla società circostante. Anche laddove le famiglie cristiane non sono che una minoranza esigua nel mezzo di un ambiente a maggioranza non cristiana, indispensabile e validissima resta la testimonianza che esse danno alle altre famiglie. Se saranno compenetrate in profondo dall'annuncio del Vangelo, avranno l'efficacia stessa di quel lievito che, nascosto in tre staia di farina, fa fermentare tutta la massa.[5]

5. Consentitemi ora un ricordo. Due anni or sono, nel corso dell'udienza al Cardinale Prefetto, gli espressi il desiderio di partecipare ad una delle sedute della futura assemblea plenaria. *Sed res aliter evenit!* Se non ho partecipato di persona ai vostri lavori, ho avuto però la soddisfazione di ricevervi stamane. Alla gioia dell'incontro corrisponde l'apprezzamento per quanto state studiando. Voi lavorate per la famiglia, cioè collaborate a scoprire, con sempre maggiore precisione, quale sia stato per l'uomo e la donna il genuino piano di Dio, e — quel che più conta — siete impegnati a incarnarlo nelle diverse società, alle quali portate Cristo ed il suo Vangelo.

Vi assista in questo lavoro Colei che, sposa e madre incomparabile nel focolare di Nazareth, esercita già un altissimo ruolo nella prima famiglia di Cristo; ma poi, in forza della suprema consegna ricevuta sul Calvario : *Ecce filius tuus/* estende tale suo ruolo alla famiglia immensamente allargata dei fratelli di Cristo. In questo mese missionario e mariano è giusto che nel suo nome sia conclusa l'importante vostra

[4] *Ibid.*, 53.

[5] Cfr. *Mt* 13, 33; *Lc* 13, 20-21.

[6] *Qv* 19. 26.

assemblea, e che a Lei, Regina degli Apostoli, tutti noi ora ei rivolgiamo a conforto del rinnovato proposito di portare alle famiglie e alle genti il Vangelo delia salvezza.

Con la mia Benedizione Apostolica.

VI

Ad S. B. Tekle Haimanot, Ecclesiae Ortodoxae Aethiopicae Patriarcam, in Arce Gandulfi coram admissum.*

Your Holiness,

